stantiae amonem. Corium. tes-
tam. & nucleum. In corio. caro.
Intesta ossa. In nucleo. interior
anima comparatur. In corio nucis.
carnem significat saluatoris. quae
habuit in se asperitatem ut amari-
tudinem passionis. In nucleo inte-

riore. declarat dulcedinem detaxat.
Quae tribuit pastum & luminis sub-
ministrat officium. Intesta lignū
inferens crucis. qui non discreuit id
quod foris & intus. sed quae terrena
& caelestia fuerant. mediatoris ligni
inter positione soltauit. Dicente
apostolo. Quo ipse per sanguine
crucis suae pacificauit omnia.

Quae in caelis sunt. Et quae in terris.
X **ITEM SERMO BEATI AU-
GUSTINI EP̄I DE ADUEN-
TU DNI :**

Vos inquam conuenio. o iudaei
qui usque in hodiernam negastis
filium dī. Nonne uox uestra est
illa. quando eum uidebatis miracula
facientem. atque teptantes dicebatis.
Quo usque animas nostras suspendis.
sit ues xps dienobis palam. Ille autē
uos ad considerationem miraculorū
mittebat dicens. Opera quae ego
facio. ipsa testimonium perhibent
deme. ut xpo testimonium dicerent.
non uerba. sed facta. Vos autem
non agnoscentes saluatorem. qui
operabatur salutem in medio uestrae
terrae. adicientes in malo. aistis.
Tu de te ipso testimonium dicis.
testimonium tuum non est uerum.
Sed adhuc ille quid uobis responderit.
ad uertere nolulistis. Nonne
scriptum est. in lege ur̄a. quod duo-
rum hominum testimonia uerum sit.

Praeuaricatores legis. intendite lege.
Testimonium quaeritis de xpo. 7
In lege uestra scriptum est. quod duo
 rum hominum testimonium uera
 sit. 7. Procedant ex lege. non tan
 tum duo. sed & iam plures testes xpi.
 & conuincant auditores legis. nec
 factores. 7. **D**ic esaias testimo
 nium xpo. 7. **E**cce inquit uirgo in
 utero concipiet. & pariet filium. Et
 uocabitis nomen eius. emmanuel.
Quod est interpretatum. nobiscum dñs.
Accedat & alius testis. 7. **D**ic & tu
 hieremias testimonium xpo. 7.
Hic est inquit dñs noster. & non aesti
 mabitur alius absque illo. qui inuenit
 omnem uiam scientiae. Et dedit eam
 iacob puero suo. et isrl dilecto sibi. 7.
Post haec in terris uisus est. et cum
 hominibus conuersatus est. 7.
Ecce duo testes idonei ex lege ura.
 Ex quorum testimonio non sunt con
 puncta corda ura. 7. Sed alii atque
 alii. ex lege xpi testes introducantur.
 ut frontes durissimae inimicorum
 conterantur. 7. **U**eniat & ille da
 niel scs. iuuenis quidem aetate.
 senior uero scientia ac mansuetudine.
Conuincat omnes falsos testes.
Sicut conuicit seniores impudicos. ita
 suo testimonio xpi conterat inimicos. 7.
Dic scs danthel. **D**ic de xpo quod nosti. 7.
Cum uenerit inquit scs scorum cessabit
 unctio. 7. **Q**uare illo presente. Cui

insultantes dicebatis. Tu de te tes
 timonium dicis. Testimonium tuum
 non est uerum. **C**essauit unctio
 uestra. nisi quia ipse est qui uenerat
 scs scorum. 7. **S**icut uos dicitis. non
 dum uenit. sed exspectatur. ut ueni
 at scs scorum. **D**emonstrante unc
 tione. 7. **S**iautem. quod uerum est
 cessauit uestra unctio. agnoscite
 uenisse sem scorum. 7. **I**pse est eni
 & lapis ille abscisus de monte sine
 manibus concidentium. 7. **I**dest
 xps natus de uirgine sine manibus
 conplentium. qui tantum creauit
 ut mons magnus fieret. & impletet
 uniuersam faciem terrae. 7. **D**e
 De quo monte dicit propheta. **U**enite
 ascendamus in montem dñi. 7. **E**t
 de quo dauid dicit. **M**ons dñi mons uber.
Ut quid suspicamini montes in caescatos.
Montem in quo placuit dō habitare
 in ipso. **C**um enim ipse dñs xps
 discipulos suos interrogaret. quem
 cum dicerent esse homines. filium
 hominis. **R**esponderunt. 7. **A**li
 heliam. alii hieremiam. aut unum
 & prophetas. 7. **E**t ille. **U**t quid sus
 picamini montes in caescatos. **M**ontem
 in quo placuit dō habitare in eo. 7.
Hunc cognouit petrus dicens. 7. **A**
Tu es xps filius dñi. 7. **A**gnouit mon
 tem. Et ascendit in montem. **T**esti
 monium dixit ueritati. Et dilectus
 est a ueritate. 7. **S**uper petram fun

datum est perit ut mortem susceperet illum amando quem ter negauerat timendo .7 Dic & tu moyses legislator dux populi israhel testimonium xpo .7 Proph&am uobis excitauit de fratribus uestris .7 Omnis anima quae non audierit proph&am illum exterminabitur de populo suo .7 Proph&am autem dictum xpm ipsam audi in euangelio xpm .7 Non est inquit proph&a sine honore nisi in patria sua .7 Accedat autem dauid scilicet testis fidelis .7 Excuius femine processit ipse cui lex & prophetae testimonium dicunt .7 dicat & ipse de xpo .7 Adorabunt inquit cum omnes reges terrae omnes gentes seruiant illi .7 Cui seruiant .7 dic cui seruiant .7 uis audire cui .7 Dicit dñs dño meo secle ad dexteram meam .7 Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum .7 Et & presius atq; nominatim .7 quare inquit tumultuatae sunt gentes & populi meditantur inania .7 Astiterunt reges terrae & principes conuenerunt in unum aduersus dñm .7 & aduersus xpm eius .7 Accedat & alius testis .7 Dic et tu abbaeue propheta testimonium de xpo .7 Onē inquit audiui auditum tuum & timui .7 Consideraui operatua & expaui .7

Quae operadi iste miratus expaui .7 Num quid fabrica mundi iste miratus expaui .7 Absit .7 sed audi aliquid expaui .7 In medio inquit duum animalium cognosceris .7 Opera tuadi .7 uerbum caro factum est .7 In medio duum animalium cognosceris .7 Qui quo usque descendisti .7 expauescere me fecisti .7 uerbum per quod facta sunt omnia .7 In presepe iacuisti .7 Agnouit bos possessorem suum & asinus presepe domini sui .7 In medio duum animalium cognosceris .7 Quid est in medio duum animalium cognosceris .7 nisi aut in medio duorum testamentorum .7 Aut in medio duorum latronum .7 Aut in medio moysi et heliae .7 cum eo in monte sermocinantium .7 Ambulauit inquit uerbum .7 Et exiit in campis .7 Uerbum caro factum est .7 Et habitauit in nobis .7 Hoc & hieremias ait .7 Post haec in terris uisus est .7 Et cum hominibus conuersatus est .7 Ecce quem admodum sibi conueniunt testes ueritatis .7 Ecce quem admodum conuincunt filios falsitatis .7 Sufficiunt uobis ista o iudaei .7 An adhuc ad uestram confusionem ex lege et ex gente uestra .7 alios introducemus testes .7 ut illi testimonium perhibearit

Cui perditamente insultantes dice-
 bas. Tu de te ipso testimoniū
 perhibes. testimonium tuum non
 est uerum. Quod si uelim exle-
 ge & ex prophetis. omnia quae
 de xpo dicta sunt colligere. facilius
 me tempus quam copia deserit.
Uerum tamen senem illum. ex gente
 uestra natum. sed in errore uestro
 non relictum. simeon sc̄m. in me-
 dio introducam. qui meruit teneri
 decorep̄tus in hacluce. Quo usque
 uideret ueram lucem. Quem qui-
 dem iam aetas compellebat ire.
 sed ex p̄t̄abat suscipere. quem scie-
 bat uenire. Cum iste senex.
 admonitus esset. asp̄u sc̄o. quod
 non ante moriretur. quam uideret
 xpm̄ dī natum. quem cognoscens
 perrexit ad templum. Vbi
 uero cum portari matris manibus
 uidit. et diuinam infantiam
 pia senectus agnouit. Tulit infan-
 tem in manibus suis. Ille quide-
 m xpm̄ ferebat. sed xps̄ senem rege-
 bat. Regebat qui portabatur.
 ne ille ante promissum. a corpore
 solueretur. Quid tamen dixerit.
 quem tamen confessus fuerit. ad
 ueritate inimici. non xpi. sed ur̄i.
Benedicens d̄m. exclamauit senex
 ille et dixit.

NUNC dimittis dñe seruum tuum.
 secundum uerbum tuum in pace.

Quia uiderunt oculi mei salutare
 tuum. Illi & iam parentes iohan-
 nis. zacharias. et helisabeth uue-
 nes steriles. in senectute fecundi.
 Dicant & iam ipsi testimonium xpo
 Dicant de xpo quid sentiunt. Et
 testem idoneum xpo nutriant.

Uiuunt enim suo paruulo nato.
 Tu puer propheta altissimi uocaberis
 p̄re ibi senem ante faciem dñi. prae-
 parare uias eius. Ipsique matri
 & uirgini helisabeth ait.

Vnde mihi hoc. ut ueniat mater dñi
 mei ad me. Ecce enim ut facta
 est uox salutationis tuae in auribus
 meis. exultauit in gaudio infans
 in utero meo. Intellogens enim
 iohannes matrem dñi sui uenisse
 ad suam matrem. Inter ipsas an-
 gustias uteri adhuc positus. motu
 salutauit quem uoce non pote-
 rat. Qui postea ipse iohannes
 praecur sor & amicus. humilis. et
 fidelissimus seruus. testis ido-
 neus effectus. Tanto maior in
 natas mulierum. quanto existi-
 mabatur esse quod non erat.

Xpm̄ enim cum esse iudaei credebant.
 sed ille non se esse clamabat dicens.

Quem me suspicari esse non sum ego.
 Sed ecce uenit post me. Cuius pedibus
 non sum dignus soluere corrigiam
 calciamenti eius. Fidelis tes-
 tis & amice ueri sponsi. quanto te

humiliauisses. si ad corrigiam calcia-
menti eius soluendam dignum te esse
dixisses. Sed dum hoc non te dig-
num dicis iudeis falsis testibus con-
tradicis. Et haec a te dicta sunt.
ante quam xpm uideres. Qui cum
ad te ipse uenit. Excelsus humilis
in plendae dispensationis suae gratiam.
ut a te baptizaretur. qui nullum habe-
bat omnino peccatum. Quid respon-
deris. quem cognoueris. quale testimo-
nium protuleris. Audiant inimici
quia audire nolant.

Ecce inquit agnus dei ecce qui tollit
peccata mundi. Et adiecit.

Tu ad me uenis baptizari. Ego a te
debeo baptizari.

Agnouit seruus dnm. Agnouit uin-
culus originalis peccati obligatus.
ab omni nexu peccati liberum.

Agnouit praeco iudicem. Agno-
uit creatura. Creatorem. Agnouit
paranymphus sponsum. Nam et
haec uox iohannis est. Qui habet
sponsam sponsus est. Amicus aut
sponsi. stat et audit eum. Et gaudio
gaudet propter uocem sponsi.

Sufficiunt uobis ista. O iudei suffi-
ciunt uobis tanti testes. Testimo-
nia ex lege ura. Ex gente ura.

An adhuc in pudentia nimia audebi-
tis dicere. Quod alterius gentis
ut nationis homines. xpo deberent
testimonium perhibere.

Sed si hoc dicitis. respondet quidem
ille uobis. Non sum missus nisi
ad oues quae perierunt domus israhel.
Sed sicut uos in actibus apostolorum
inrepat paulus. Vobis inquit
primum oportuerat adnuntiare
uerbum dei. sed quia expulistis illud.
nec uos dignos uitae aeternae iudi-
castis. Ecce inquit conuertimus
nos ad gentes. Demonstremus
etiam nos ex gentibus testimonium
xpo fuisse praelatum. Quo ueri-
tas non tacuit clamando. Etiam per
linguas inimicorum suorum.

Nonne quendo ille poeta facundissimus
inter sua carmina. iam noua progeni
es caelo dimittitur alto dicebat xpo
testimonium perhibebat. Indu-
bium hoc ueniat. nisi alios ex gentibus
idoneos testes pluraque dicentes. in
medium introducam. Illam illum
qui uestram superbiam captiuando
perdomuit. nabucodonosor. regem
scilicet babilonis. non praetermittam.

Dic nabucodonosor. Quid in fornace
quo tres uiros iustos. iniuste miseris.
Dic. dic quid tibi fuerit reuelatum.
Nonne inquit tres uiros misimus
in fornacem ligatos. Et aiunt ei.
Vere rex. Ecce inquit ego uideo
quatuor uiros solutos. de ambulanti-
bus in medio ignis. Et corruptio
nulla est in eis. Et aspectus quasi
similis est filii dei. O Alienige

na unde tibi hoc . Quis tibi adnun-
 tiauit filium dei . Quae lex . quis
 propheta . adnuntiauit filium dei .
Nondum quidem mundo nasceretur .
 & similitudo nascentis ate cognosci-
 tur . Unde tibi hoc . quis tibi
 istud adnuntiauit . Nisi quia
 sic te diuinus ignis intus inlumina-
 uit . & cum illic apud te captiui te-
 nerentur inimici iudaei . sic dicere tes-
 timonium filii dei . Sed quia in ore
 dauid et trium testium stat omne
 uerbum . Sicut ipse dominus uestram con-
 tumaciam confutans . In lege inquit
 uera scriptum est . Quod duorum ho-
 minum testimonium uerum sit . etiam
 & gentibus tertius testis introducatur .
 Ut testimonium ueritatis & omni parte
 roboretur . Quid si illa uaticinan-
 do . & iam de christo clamauerit . in me-
 dium proferamus . ut ex uno lapide
 utrorumque frontes percutiantur .
 Iudaeorum scilicet atque paganorum .
 atque suo gladio sicut goliath . christi om-
 nes percutiantur inimici .
Audite quid dixerit .
Iudicii signum tellus sudore madescet .
E caelo rex adueniet perfecta futurus .
 Scilicet in carne praesens ut iudicet orbem .
 Unde domini cernent incredulus atque fidelis .
 Celsam cum seculi acui iam termino in ipso .
 Sic animae cum carne aderunt quasi iudicat ipse .
 Cum iaculis incultus densis in uestris . orbis .
 Reicient simulacra uiri cuncta quoque gazam .

Exuret terras ignis potumque polamque .
Inquirens tetri portas effringet aeterni .
Scorum sedem cuncta lax libera carni .
Tradetur . fontes aeterna flamma cremabit .
Occultos actus retegens tunc quisque loquatur .
Secreta atque deus reserabit per tota lucis .
Tunc erit & luctus stridebunt dentibus omnes .
Sriptur solis iubar & chorus interit astris .
Uoluetur caelum lunaris splendor obibit .
Decidet colles ualles ex tollent ab imo .
Non erit in rebus hominum sublime at altum .
Iam aequantur campis montes . & cerula ponti .
Omnia cessabunt tellus con fracta peribit .
Sic pariter fontes torrentur fluminaque igni .
Et tuba tum sonitum tristis dimittet ab alto .
Orbe gemens facinus miserum uariosque labores .
Tartareumque chaos monstrabit terra deiscens .
Et coram hic domino reges sistentur ad unum .
Recidet ex caelo ignis . & sulphuris amnis .
Haec de christi nauitate passione et resur-
 rectione . atque secundo eius aduentu .
 ita dicta sunt . ut si quis in greco capita
 horum uersuum discernere uoluerit .
 inueniet in christo . rios . theu . soter .
 quod & in latinum translatis eisdem
 uersibus apparet . Preter quod gre-
 carum litterarum proprietates non ad-
 eo potuit obseruari . Credo iam uos
 omnes iudaei tantis testibus . ita
 obrutos confutatosque esse ipsa ueritate .
 ut nihil ultra repugnare . nihil
 quaerere debeat .

FERIA QUARTA ANTE
 NATALE DOMINI .

LECTIO SANCTI EVANGELII SECUNDUM LUCAM.

In illo tempore. **M**issus est angelus gabriel ad o[mn]i civitatem galileae. cui nomen nazareth. ad virginem desponsatam viro. cui nomen erat ioseph. de domo dauid. et nomen virginis maria. Et reliq[ua].

XI

OMNIUM VENERABILIUM BEDAE PROBI DOMINICAE LECTIONIS.

Exordium nostrae redemptionis fratres karissimi. hodierna nobis sancti euangelii lectio commendat. Quae angelum de caelis ad o[mn]i missum narrat ad virginem. ut novam in carne natiuitatem filii dei predicaret. Per quam nos abiecta uetustate noxia. renouari atque inter filios dei computari possimus;

ut ergo promissae salutis mereamur dona perungere. primordium eius intenta citemus aure percipere.

Missus est inquit angelus gabriel ad o[mn]i civitatem galileae. cui nomen nazareth. ad virginem desponsatam viro. cui nomen erat ioseph.

aptum profecto humanae restorationis principium. Ut angelus ad o[mn]i mitteretur ad virginem.

partu consecrandam diuino. Quia prima perditionis humanae fuit causa.

Cum serpens diabolo mittebatur ad mulierem. spiritu superbiae decipiendam. Immo ipse in serpente diabolus ueniebat.

Quia genus humanum deceptis parentibus primis. in mortalitatis gloria nudaret. Quia ergo mors intrauit per feminam. Aperte redit & uita per feminam. Illa a diabolo seducta per serpente[m]. viro gustum necis optulit. hec edocta ad o[mn]i per angelum. mando auctorem salutis edidit. Missus est ergo angelus gabriel ad o[mn]i. Raro aut legimus quia apparentes hominibus. angeli designantur ex nomine.

Uerum quotienscumque fit. Ideo utique fit. ut etiam nomine ipso quod ministraturi ueniant insinuent.

Gabriel namque. fortitudinis dicitur. et merito tali nomine prefulget. qui nascituro in carne deo testimonium perhibet. De quo propheta in psalmo. Dominus inquit fortis & potens. dominus potens in proelio. Illo nimirum proelio. quo potestates aeras debellere. Et ab earum tyrannide mandum ueniebat eripere.

Ad virginem desponsatam viro. cui nomen erat ioseph de domo dauid. et nomen virginis maria. Quod dicitur. de domo dauid. non tantum ad ioseph sed etiam pertinet ad mariam. Legis namque erat praecipuum ut de sua quisque tribu ac familia duceret uxorem.

A postolo quoque attestante. qui ad
timotheum scribens ait . . .
Memoresco igitur ihm xpm resur-
rexisse a mortuis. & semper dauid
secundum euangelium meum . . .
I deo enim ueraciter ex femine dauid
ortus est dñs. Quia incorrupta eius
genetrix. ueram de stirpe dauid ori-
ginem duxit . . . Cur autem ipse
non de simplici uirgine. sed despon-
sata uiro concipi et nasci uoluerit.
plurimae a patribus rationabiles
causae proferuntur . . . Equibus
per maxima est. ne uelut stupri
rea damnaretur. si uirum non ha-
bens filium procrearet . . . Dein-
de. ut in his etiam quae domestica
cura naturaliter exigebat. puerpera
solatio sustentaretur uirili . . .
Oportebat ergo beatam mariam ha-
bere uirum. qui et testis integra-
tatis eius certissimus. Et nati ex ea
dñi ac saluatoris nostri. esset nutri-
tius fidissimus . . . Qui quae & pro
eo paruulo. secundum legem hostias
ad templum deferret . . . Et cum in
stante persecutionis articulo. inae-
griptum cum matre ferret ac referret.
Alia quae illi per plura quae ad sumptae
humanitatis fragilitas poscebat.
necessaria ministraret . . . Nec mul-
tum obfuit. si quis illum ad tempus
eius filium credidit. Cum predican-
tibus apostolis. post ascensionem eius

5
Cunctis palam credentibus. Quod
de uirgine natus esset. patuerit . . .
Nec preter eundem quod beata di gene-
trix meritis praecipuis & iam nomi-
ne testimonium reddit . . . Interpre-
tatur enim stella maris . . . Et ipsa
quasi sidus & immum. inter fluctus
saeculi labentis. gratia privilegii
specialis resulsit . . . Ingressus autem
angelus ad eam dixit . . . Haue gra-
tia plena dñs tecum. benedicta tu
in mulieribus . . . Quae saluatio
quantum humanae consuetudini in-
audita. Tantum est beatae mariae
dignitati congrua . . . Uere etenim
gratia erat plena. cui diuino munere
conlatum est. ut prima inter feminas
gloriosissimam de uirginitatis mu-
nus offerret . . . Unde iure angeli-
co aspectu simul & affatu meruit
perfrui. quae angelicam studuit
uitam imitari . . . Vere gratia erat
plena. cuius per quem gratia. &
ueritas facta est. ihm xpm generare
donatum est. Et ideo uere dñs cum
illa erat. quam & prius nouo castita-
tis amore. a terrenis ad caelestia
desideranda sustulit. Et postmodum
mediante humana natura omni ple-
nitudine diuinitatis consecruit . . .
Uere benedicta in mulieres. quae si-
ne exemplo muliebris conditionis.
cum decore uirginitatis. gausa est
honore parentis . . . Quodque uirginem

matrem decebat. dñi filium pro
creauit. Quae postquam more
humanae fragilitatis. & uisione an
gelica & insolita est salutatione
turbata. Mox idem angelus eam
reperto sermone. Ne timeat hor
tatur. Quodque maxime timo
rem pellere consuevit quasi bene
cognitam ac domesticam. proprio
eam nomine uocat. Et quare
gratia plenam diceret diligenter
edocet. Ne timeas inquit
maria. Inuenisti enim gratiam
apud dñm. Ecce concipies in utero
& paries filium. Et uocabis nomen
eius ihm. hic erit magnus. &
filius altissimi uocabitur.

Notandus solerter ordo uerborum.
& tanto artius est cordi inseren
dus. quanto manifeste patet.
Quia in his tota redemptionis nre
summa consistit. Nam mani
festissime dñm ihm. id est salua
torem nostrum. & uerum dñi patris
& uerum hominis matris filium
predicant. Ecce inquit concipi
es in utero & paries filium.

Agnosce uerum hunc hominem.
ueram de carne uirginis adsupfisse
substantiam carnis. Hic erit
magnus. Et filius altissimi uo
cabitur. Confitere eundem
& iam dñm uerum deo uero. Et
aeterno patri filium semper ^{esse} coaeternum.

Quod autem futuro tempore dicitur.
hic erit magnus & filius altissimi
uocabitur. Nemo ita intellegen
dum putet. Quod dñs xps ante par
tum uirginis non fuerit. sed ita hoc
potius dictum intellegamus. Quia
potentiam diuinae maiestatis quam
di filius aeternaliter habuit.

Hanc idem homo natus. Ex tempore
acceperit. ut una induabus natu
ris persona esset. mediatoris ac
redemptoris nri. Et dabit illi
dñs dñs sedem dauid patris eius.

Sedem dauid. regnum dicit israhe
liticae plebis. Quod suo tempore.
dauid iubente pariter. & adiuuante
dño. fidei deuotione gubernauit.

Dedit ergo dñs redemptori nostro
sedem dauid patris eius. Quando
hunc de genere dauid incarnari dis
posuit. Ut populum quem dauid
temporali imperio rexit. ipse gra
tia spiritali ad aeternum prouehere
ret regnum. De quo apostolus
ait. Qui eruit nos de potestate
tenebrarum. Et transtulit in regnum
filii caritatis sae. Hinc est quod
idem populus diuino admonitus
instinctu. Cum passurus ille hic
rosolimam properaret. in eius lau
dem gaudens decantabat.

Benedictus qui uenit in nomine
dñi rex israhel. Et iuxta aliu
euangelistam. benedic tum quod

uenit regnum patris nostri dauid

Ad erat enim tempus quo redempto per
 eius sanguinem mundo. rē agnosce
 ratur. Non solum domus dauid. sed et
 totius ecclesiae. Immo omnium conditor
 & rector seculorum. Unde recte
 angelus postquam dixit. Et dabit
 illi dñs sedem dauid patris eius. Con
 tinuo subiunxit. Et regnabit in
 domo iacob in aeternum. Domam
 namque iacob ecclesiam dicit uniuersam
 quae per fidem & confessionem xpi
 ad petri archarum pertinet sortem.
 siue in his quide patri archarum stirpe
 carnis originem duxerunt. Sicut in
 illis quide aliis nationibus carnaliter
 editi. spiritali lauacro sunt in xpo
 renati. In qua uidelicet domo regna
 bit in aeternum. Et regni eius non erit
 finis. Regnat quippe in ea in pre
 senti uita. cum electorum corda p fide
 & dilectionem suam inhabitans regit.
 atque ad percipienda supernae retri
 butionis dona. continuæ protectione
 gubernat. Regnat in futura. cum
 eosdem finito statu temporalis exili
 ad habitationem patriae caelestis in
 traducit. In qua praesenti eius uisio
 ne semper admoniti. nihil aliud
 agere. quam eius uacare laudibus
 gaudent. Dixit autem maria
 ad angelum. Quomodo fiet istud.
 quod uirum non cognosco. Quomodo
 inquit fieri potest. ut concipiam pa

trunque filium. quae incastrimonia
 uirginitatis. uitam consummate
 disposui. Non autem quasi incre
 dulce uerbis. angeli. Quomodo haec
 impleri ualeant requirit. Sed certa
 quia oportebat impleri. quod et tunc
 ab angelo audiebat. Et prius a pro
 pheta dictum legerat. quod id ordine
 complendum sit. interrogat.

Quia uidelicet propheta. qui hoc futu
 rum praedixit. quomodo fieri possit
 non dixit. sed angelo dicendam
 reseruauit. Respondens ergo
 angelus dixit ei. Sp̄s sc̄s super ue
 niat in te. & uirtus altissimi obum
 brabit tibi. Ideoque & quod nascetur
 sem̄. uocabitur filius dei. Super
 ueniens in uirginem sp̄s sc̄s. duobus
 modis. in eadiuinae suae potentiae
 efficaciam ostendit. Quia et mente
 illius adeo quantum humana fragili
 tas patitur. Ab omni uitiorum
 sorde castigauit. ut caelesti esset
 digna partui. Et in uero illius sem̄
 ac uenerabile redemptoris nri cor
 pus. sola sui operatione creauit. Idest
 nullo uirili interueniente ad tactu.
 Carnem de carne uirginis sacrosam
 de intemerata formauit. Quem
 enim prius aperte sp̄m sc̄m dixit.

Hanc ipsam denuo uirtutem altissimi
 nominauit. Iuxta hoc quod dñs
 cum eiusdem sp̄s aduentum discipu
 lis promitteret ait. Et ego mitto

10
promissum patris mei in uos. uos autem
sedete in ciuitate quoad usque in dua
mini uirtute & alto. Obumbra
uit autem beatae diuinitatis uirtus
altissimi quia spiritus sanctus cor illius cum
impleuit. ab omni aestu concupiscen
tiae carnalis temperauit. Eman
dauit ad desideria temporalibus. ac
donis caelestibus mentem simul
illius consecrauit & corpus. Ideoq;
& quod nascetur inquit semini uocabi
tur filius dei. Quia de sanctificatione
spiritus sancti concipiet. semini erit quod gignitur.
Congruit conceptione naturae. ut quae
contra humanae conditionis more
uirgo concipit. supra humanae con
suetudinis modum dei filium generet.
Omnes quippe homines in iniquitati
bus concipimur. Et in delictis nas
cimus. Quotquot autem donan
tudo ad uitam praeparati sumus
aeternam. Ex aqua & spiritu sancto renas
cimus. Solus uero redemptor noster
pro nobis incarnari dignatus. mox
sanctus natus. quia sine iniquitate con
ceptus est. Possimus sane in eo
quod dicitur. Et uirtus altissimi
obumbrabit tibi. altius quiddam
de sacramento dominicae incarna
tionis intellegere. Obumbrari
enim nobis dicimus. cum feruente
meridiano sole. uel arborem media
uel aliud quodlibet umbraculi genus
inter nos & solem opponimus. quo

ardorem eius ut lucem nobis tolera
biliorem reddamus. Redemptor
igitur noster. non in merito solus
lucis uel ardore designatur. quia nos
ueritatis & scientia inlustrat &
amore inflammat. Unde ipse
per prophetam dicit. Vobis autem
tamentibus nomen meum orietur
sol iustitiae. Cuius uidelicet solis
radios beata uirgo suscepit. quan
do dominum concepit. Sed idem sol
uidelicet diuinitas redemptoris nostri.
tegmine se humanae naturae.
quasi umbraculo quodam obtexit.
qua mediante uirginis seum uiscera
ferre sufficerent. Sicque uirtus
altissimi obumbrabit ei. dum di
uina christi potentia. Et eam praesen
tialiter impleuit. Et ut capi ab illa
posset substantia se nostrae fragili
tatis obnubilet. Et ecce heli
sabeth cognata tua & ipsa concepit
filium in senectute sua. Non
quasi incredulam exemplis hostatur
ad fidem. sed bene iam credenti
quae audierat ampliora supernae
dispensationis miracula replicat.
ut quae dominum uirgo erat partura.
praecursorem quoque domini de anu ac
diu sterili parente cognosceret
esse nasciturum. Nec miran
dum iuxta istoriam quod helisa
beth cognata dicitur mariae.
cum superius haec de domo dauid

illa de filiabus aaron orta esse nar-
 ratur .7 Legimus namque quod
 aaron ipse de tribu iuda de qua dauid
 ortus est uxorem acceperit . Uide-
 licet helisabeth filiam aminadab so-
 rorem naason qui fuit dux tribus
 iuda in deserto . cum egredierentur
 ex aegypto .7 Rursusque regnantibus
 dauid posteris . Legimus quod ioia-
 da pontifex maximus uxorem habu-
 erit de tribu regali hoc est iosabeth
 filiam regis ioram .7 Ipse est ioiada
 cuius filium zacharium uirum aequae
 scissimum lapidauerunt inter tem-
 plum & altare . sicut etiam ipse dicitur
 beatorum martirum mentionem
 faciens in euangelio testatur .7

Unde tribus utraque hoc est sacerdoti-
 lis & regia cognatione semper ad in-
 uicem probatur esse coniuncta .7

Potuit autem huiusmodi coniunctio
 etiam recentiore tempore fieri .
 datus nuptum feminis de tri-
 bus . Ut manifeste beatam di-
 genetricem quae de tribu regia des-
 cendit . Cum tribu sacerdotali cog-
 nationem generis habuisse constaret .
 quod mysterium caelestibus apertissime
 congruit . Oportebat namque
 ut apparet in mundo mediator di-
 & hominum . de utraque tribu car-
 nis originem haberet . quia nimirum
 ipse in humanitate adsumpta utranq;
 habiturus erat personam . et sacer-

dotis scilicet & regis . Siquidem de
 regia eius potestate . qua electis suis
 regnum perenne tribuit . Et pre-
 sentis scilicet euangelii lectio testatur .

Quia regnabit in domo iacob in aeternum .
 Et regni eius non erit finis .7 Porro
 de pontificali dignitate illius . in qua
 pro nostra redemptione hostiam suae
 carnis offerre dignatus est . Testatur
 propheta qui ait .7 Tu es sacerdos
 in aeternum secundum ordinem
 melchisedech .7 Accepta autem tan-
 ta gratia . uideamus beata maria
 in quanta humilitatis arce persistat .

Ecce inquit ancilla domini . fiat mihi se-
 cundum uerbum tuum .7 Mag-
 nam quippe humilitatis constantiam
 tenet . quae se ancillam sui condito-
 ris . dum mater eligitur appellat .
 Beata in mulieribus angelico oraculo
 praedicatur . Incognita adhuc cae-
 teris mortalibus arcana nostrae redemp-
 tionis edocetur . Nec se tamen
 de singularitate meriti excellen-
 tioris singulariter extollit . sed
 potius suae conditionis . in omnibus
 memor . famularum se christi confor-
 tio humiliter adiungit .7 Famula
 tum christo deuota quod iubetur in-
 pendit .7 Fiat inquit mihi secun-
 dum uerbum tuum .7 Fiat ut ipse
 sanctus adueniens me caelestibus dig-
 nam mysterium reddat . fiat ut in
 utero meo filius dei humanae substan-

tiae habitum induat . atque ad redem-
ptionem mundi tanquam spon-
sus suo procedat & thalermo . . Cuius
uocem mentemque . nos fratres km̄
promodulo nostro sequentes . famulos
esse nos xpi . incunctis actibus nr̄is
motibusque recolamus . Cuius semper
obsequiis omnia corporis nr̄i mem-
bra mancipemus . ad eius inplenda
uoluntatem . Totum nr̄e mentis
dirigamus intuitum . . Sicque per
ceptis eius muneribus gratias recte
uiuendo reddamus . ut ad maiora
percipienda digni existere merca-
mur . . Praecemur seduli . cum bea-
tadi genetrice . ut fiat nobis secun-
dum uerbum eius . . Illud uidelicet
uerbum . quo rationem suae incarnatio-
nis ipse exponens ait . . Sic enim
dilexit d̄s mundum . ut unigenitū
filium suam daret . ut omnis qui
credit in ipsum non pereat . sed ha-
beat uitam aeternam . . Nec
dubitandum . quin nos de profundis
ad se clamantes citius exaudire
dignabitur . Propter quos nec-
dum se cognoscentes ipse ad profun-
dam hanc conuallem lacrimarum
descendere dignatus est . .
Ihs xps d̄ns noster . qui uiuit & reg-
nat cum patre . in unitate sp̄s sc̄i d̄s
per omnia secula seculorum amen .

PER VI ANTE NAT̄ D̄NI
LEC̄ S̄CI IȲA S̄EC̄ LUCAM .

In illo tempore . **E**xurgens
autem maria abiit in montana cum
festinatione in ciuitatem iuda .

Et intrauit in domum zacharie . et
salutauit helisabeth . et reliq̄ .

**OMNIA VENERABILIS BE-
DAI PR̄BI DE EADEM LEC-
TIONE : —**

Lectio quam audiuius sc̄i euange-
lii . et redemptionis nr̄e nobis sem-
per ueneranda primordia
predicat . & salutaria semper imi-
tandae humilitatis remedia com-
mendat . . Nam quia peste
superbiae ad tactum genus huma-
num perierat . decebat ut medica-
mentum humilitatis quo sanare-
tur . . Prima mox incipientis
salutis tempora praetenderent . .

Et quia per temeritatem seductae
mulieris . mors inmundum intro-
ierat . Congruum fuit . ut in in-
ditiū uitae reuertentis . mulie-
res se deuote humilitatis inuicem
ac pietatis praecemerent obsequiis .

Prior ego nobis beata di genetrice
ad sublimitatem patriae caelestis
Iter ostendit humilitatis . non mi-
nus religionis . quam castitatis
exemplo uenerabilis . . Siquidem
gloria uirginei et intemerati
corporis . qualis ^{est} uita supernae
ciuitatis ad quam suspiramus in-
sinuat . ubi neque nubent . neque

nubentur. sed sunt sicut angelici in caelis. At uirtute mentis & imia qua adhuc per tingere debemus indicat. Namque sicut praecedente sei euangeli lectione cognouimus. Postquam angelica uisione & alloca tione meruit sublimari. postquam se caelesti honestandam parauit dicit. Nequaquam se dedonit caelestibus quasi se h& essent & tulit. Sed ut magis magisque donis esset apta di uinis. In custodia humilitatis gressum mentis fixit. Ita euangeli zant sibi. archangelo respondens. Ecce ancilla dñi fiat mihi secundum uerbu tuum. Ut uero ex hoc dierna lee tione audiuius eandem quam ange lo exhibuerat humilitatem. homi nibus quoque curauit exhibere. Et quod maioris est uirtutis. hoc & iam minoribus. Quis enim nes ciat uirginem dō consecratam. mu lierem deditam. gradum habere potiorem. Quis dubitet matrem regis aeterni. iure matri militis esse preferendam. At tamen ipsa memor scripturae praecipientis. Quanto magnus est humilia te in omnibus. Mox angelus qui loque batur ei ad caelestia redit. Surgit a montana conscendit. gestansque in utero dñi. seruorum dñi habitacula p&xit. ac requirit allo quia. Et apte post uisionem an

geli in montana subit. Quae gustata stauitate supernorum ciuium. humilitatis se gressibus. ad uirtutum alta transulit. Intrat ergo domum zachariae. atq; helisabeth quam seruam ac praecursorem dñi parturam no uerat salutat. Non quasi dubia de oraculo quod acceperat. sed ut congratulatura de dono. quod con seruam accepisse didicerat. Non ut uerbum angeli. mulieris ad testatione probaret. sed mulieri pro uetate aetate. uirgo iuuenula ministerium sedula in penderet. Ut autem audiuit salutationem mariae helisabeth. Exultauit in fans in utero eius. Et repleta est spū scō helisabeth. Aperiente os ad salutandum beata maria. re pleta est mox spū scō helisabeth. repletus & iohannes. atque uno eodemque spū ambo edocti. Illa salutantem quae esset agnouit. Et ut matrem dñi sui debita cum be nedictione uenerata est. ille ipsam esse dñm qui utero uirginis por tēretur intellexit. Et quia lingua necdum ualuit. animo ex ultante salutauit. Officiūq; suae praecursionis. quam libenter quam deuotae iuuenis esset im pleturus. Et ante quam nasce r&ur. ad ueniēti dño quibus ua

lebat indicus intimauiit . Ad erat
namque tempus quo impleretur
angeli sermo quem dixerat . Quia
spūscō replebitur . adhuc ex utero
matris suae . 7 Repleta est ergo
spūscō helisabeth . Et exclamauit
uoce magna . 7 Recte uoce mag
na . quia magna di dona cognouit ;
Recte uoce magna . quia illum quem
ubique praesentem nouerat . Etiam
corporaliter adesse sentiebat . 7
Magna etenim uoce . non tam clamo
sa quam deuota intellegendum est ;
Neque enim modice uocis deuotione
dnm laudare uolebat . quae spū
scō plena flagrabat . 7 Quae et illū
in utero gestabat . Quo innatis mu
lierum maior nemo est . Et eum
aduenuisse gaudebat . qui concep
tus ex carne matris uirginis . fi
lius altissimi uocaretur . et esset . 7
Exclamauit autem et dixit . be
nedicta tu inter mulieres . Et be
nedictus fructus uentris tui . 7
Benedicta tu inter mulieres . sed
inter mulieres benedictas . maiori
benedictione specialiter insignis .
Benedictus fructus uentris tui . 7
Nec ipse generali scōrum more bene
dictus . sed sicut apostolus ait ;
Quorum patres & ex quibus xps se
cundum carnem . qui est super
omnia dñs . benedictus in saecula . 7
De huius ortu fructus . psalmista

mystico sermone testatur dicens .
Etenim dñs dabit benignitatem .
& terra nostra dabit fructum suum .
Dedit quippe dñs benignitatem .
quā genus humanum . areatu pre
uaricationis per unigenitum suum
liberare disposuit . . Dedit benign
nitatem . quia in gressu eius uir
ginalis uteri templum . spūscī gra
tia consecrauit . . Et terra nostra
dedit fructum suum . quia eadem
uirgo . quae de terra corpus habu
erat . filium genuit . diuinitate
quidem dō patri coequalem . sed
sibi carnis ueritate consubstantia
lem . . De hoc & esaias . tempus
humanae redemptionis intuent
ait . 7 In illa die erit germen dñi
in magnificencia & in gloria . &
fructus terrae sublimis . . Cermen
namque dñi fuit in magnificencia
& gloria . cum sempiternus di
filius in carne temporaliter ap
parens . magnitudine uirtutum
caelestium mundo clarus effulsit .
Fructus quoque terrae sublimis
effectus est . quando carnem qua
de nostra naturam mortalem dñs
susceperat . uirtute resurrectionis
inmortalem iam redditam . ad
caelos subleuauit . . Recte ergo
dicitur . benedicta tu inter mu
lieres . Et benedictus fructus
uentris tui . . Benedicta est enī

incomparabiliter quae & diuini ger-
 minis suscepit gloriam & coronam
 integritatis seruauit. **Benedicta**
 tu inter mulieres. per cuius partum
 uirgineum. anatis mulierum ma-
 ledictio primae matris excludit. **Benedictus**
 fructus uentris illius. p-
 quem & semen incorruptionis. & sup-
 ne hereditatis quam perdidimus in
 adam. fructum recepimus. et uere
 ac singulariter benedictus. qui non
 nostro more. postquam natus est
 gratiam ad benedictionis percepit.
 sed ipse ad saluandum mundum bene-
 dictus uenit in nomine dñi. **Et**
 unde hoc mihi ut ueniat mater dñi
 mei ad me. **O** quanta in prophe-
 tissae mente humilitas. quae ueris
 sermo dñi quem dixit. Super quem
 requiescat sps meus. nisi super hu-
 milem & quietum & tementem uer-
 bamea. **M**atrem quidem dñi
 quae ad se uenerat. mox ut uidit esse
 cognouit. sed nihil in se talis meriti
 repperiens. quod digna fieret. at an-
 ta hospite uisitari. **Unde** hoc
 mihi inquit. ut ueniat mater dñi
 mei ad me. **Q**uia nimirum ipse
 sps qui ei prophetae donum contulit.
 munus pariter humilitatis presti-
 tit. **P**rophetico repleta spu. ge-
 netricem ad se aduentasse saluato-
 ris intellegit. sed humilitatis
 spu cur cum specta. minus

dignam se eius aduentui dephendit. **E**
 ecce enim ut facta est uox salutatio-
 nis tuae in auribus meis. exultauit
 in gaudio infans in utero meo. **I**
 ntellexit helisabeth. eodem quo
 implenda erat spu reuelante. quid
 illa exultatio sui significasset in
 fantis. hoc est illius uenisse ma-
 trem. cuius ipse praecursor. ac de-
 monstrator esset futurus. **Et**
 quam miranda. quam cito scisps
 operatio. nulla quippe indiscendo
 mora est. ubi sps doctor adest. **E**
 n uno eodemque momento. cum
 uoce salutantis. gaudium nascitur
 infantis. **Q**uadum uox ad aures
 peruenit corporales. uirtus spi-
 ritualis cor intrauit audientis. **N**
 ec solum geneticem. sed & sobole
 amore dñi aduenientis accendit. **V**
 nde mox eadem praecursoris dñi
 genitrix. ea quae in occulto cogno-
 uerat. his qui simul aderant &
 audiebant. palam euangelizare
 curauit. **N**am subdit. **E**t beata
 quae credidit. quo perficientur
 in ea quae dicta sunt ei ad dno. **N**am
 & hoc quoque per spm didicit heli-
 sabeth. quae angelus ad mariam
 uerba protulerit. **Q**uod illa mox
 euangelizanti crediderit. **Q**uod
 haec diuina operante potentia.
 absque ulla essent dubietate com-
 plenda. **M**irumque in modum

idem sp̄s eum cum repleuit p̄sentium
simul praeteritorum & futurorum
scientia instruxit . . . De praesenti
bus namque ^{se} edoctam monstravit .
Cum beatam mariam matrem dñi
sui uocans . quia redemptorem
humani generis in utero gestaret
indicauit . . . Unde & iam fructu
uentris eius singulariter benedic
tum esse professus est . Praete
ritorum se notitiam accepisse sig
nauit . Quae & uerba angeli ad
mariam . Et consensum mariae
credenti sibi innotuisse prodidit .
Sed & futurorum scientiam sibi non
negatam intimauit . Cum perfi
cienda ad dñm quae ei dicta essent
aperuit . . . Quis autem fratres
mei dicere quis aestimare sufficiat .
quae tunc gratia sp̄s di genetricem
repleuerit . Cum tanta in matre
praecursoris . lux doni caelestis
emicauit . . . Uerum audiamus
uerba quae dixit . si forte & his
ualeamus aliquantulum dinoscere .
quid intus habuerit . . . Audita ergo
responsione helisabeth . qua eam
beatam inter mulieres praedicauit .
matrem dñi sui cognominauit .
fide fortem laudauit . ad cuius
ingressum se ipsam cum filio sp̄s
sco repletam esse signauit .
Non amplius tacere potuit dona
quae perceperat . sed quae semper

animo gerebat . ubi aptum tempus
inuenit . & iam deuota oris pro fessi
one pate fecit . . . Namque ut uir
ginalem decebat pudorem acceptum
diuinitus o raculum . aliquandiu
silentio tegebat . arcanum misteri
caelestis in suo p̄toris abdito ueneba
tur occultum . . . **E**xpectabat reue
renter . donec ipse donorum distribu
tor . Quid sibi doni specialis tribu
isset . quid secreti reuelasset . quan
documque uellet ostenderet . . .
At postquam eadem quae sibi erant cha
rismata prestita . per alios sp̄s uerue
lanze esse patefacta cernebat .
Mox etiam ipsa thesaurum caeli quod
in corde seruabat aperuit . . . **A**tergo .
Magnificat animam eadē . Et exul
tauit sp̄s meus in dō salutari meo . . .
Et cetera . . . Quibus primo . dona sibi
specialiter concessa confitetur . . .
Deinde generalia di beneficia . quib;
generi humano in & eternum consule
re non desistit enumerat . . . Cuius
autem anima dñm magnificat .
Qui omnes interioris hominis sui
affectus . diuinis laudibus ac ser
uitus mancipat . qui obseruantia
praceptorum dñi . semper eius poten
tiam maiestatis secogitare demonstrat .
Cuius sp̄s in dō salutari suo exultat .
quem nil interrenis libet . . . Nulla
caducarum rerum affluentia emollit .
Nulla aduersitas fran . . . git . sed sola

illius a quo salus speratur aeterna
 sui conditoris memoria delictat .
 Quae cum omnibus perfectis uerba
 recte conueniant . Maxime tam
 tabeatam diu genetricem proferre
 decebat . quae meriti priuilegio sin
 gularis spiritali ipsius dilctione
 flagrabat . Cuius corporali concep
 tione gaudebat . Quae iure in
 ihu . idest salutaris suo . speciali p
 prae ceteris scis gaudio potuit exul
 tare . Quia quem per pccatum salu
 tis auctorem nouerat . Hunc ipsu
 temporali ortu de sua carne nasci
 turum esse sciebat . Quatenus in
 una eadem que persona ueraciter
 suus et filius esset & dñs . Quae
 sequentibus quoque uerbis . quam
 uilia de se ipsa senserit edocet . Et
 quod omne quicquid boni meriti
 habuit . hoc superna gratia lar
 gente perceperit dicens .
 Quia respexit humilitatem ancille
 suae . ecce enim ex hoc beatam
 me dicent omnes generationes .
 Humilem quippe xpi ancillam suo
 iudicio se fuisse demonstrat . sed
 respctu se gratiae caelestis . repen
 te sublimatam pronuntiat . atq;
 intantum glorificatum . Ut sua
 beatitudo praecipua . Merito cunc
 tarum gentium uoce miretur .
 Addidit & iam adhuc diuinae pie
 tatis munera . Quae mirabiliter

accepit digna gratiarum actione
 conlaudans .

Quia fecit mihi magna qui potens
 est . & sem nomen eius . Nihil
 ergo suis meritis tribuit . quae
 totam suam magnitudinem
 ad illius donum refert . quies senti
 aliter potens & magnus & existens .
 fideles suos de paruis atq; in firmis .
 fortiter facere consuevit & magnos .
 Bene autem addidit . Et sem nomen
 eius . ut admoneret audientes .
 immo omnes ad quos eius uerba
 peruenirent instrueret ad fidem .
 Et inuocationem eiusdem nominis
 aduolare . Quatenus & ipsi scitatis
 aeternae . ac salutis uere possent
 esse participes . iuxta illud pro
 pheticum . Et erit omnis qui cum
 que inuocauerit nomen dñi sal
 uis erit . Ipsum est enim nomen
 de quo supra ait . Et exultauit
 sps meus . in dō salutaris meo .
 Unde adhuc apertius addit .
 Et misericordia eius in progenies
 et progenies . timentibus eum .
 Progenies autem & progenies . uel
 citius que populi . iudaei iudeli
 & gentilis appellat . uel recte
 omnium per orbem nationum .
 quas in xpo credituras esse p̄uide
 bat . Quia sicut p̄rus ait .
 Non est personarum acceptor dñs .
 sed in omni gente qui timet eum .

& operatur iustitiam acceptus est illi ;
Concinit autem his beatae mariae
uerbis . ipsius dñi sermo . quo non
tantum matrem . quae se corpora
liter generare meruit . Sed &
omnes qui sua praecepta seruarent .
Pronuntiauit esse beatos . Cum
enim docente illo populum quodam
loco . & miracula faciente . Omnes
eius sapientiam ac uirtutes mira
rentur . **E**x tollens uocem
quaedam mulier de turba dixit
illi . **B**eatuſ uenter quae por
tauit . & ubera quae suxisti .
At ille testimonium ueritati prola
tum libenter accipiens . Continuo
respondit . **B**eati qui audiunt
uerbum dñi & custodiunt . **U**t
ipsa quoque mulier . immo uniuersa
si quae audiebāt . se beatos fore con
fiderent . si diuinit uellent obtem
perare mandatis . **A**c si aperte
dicat . **Q**uamuis singulare
priuilegium beatitudinis habeat
Quae filium dñi incarnatum . uirgo
in utero gestare . parere . ac nutri
re digna est . praecipuum tamen
in eadem uita perp̄ua beatitudi
nis locum . Et ipsi sunt habituri .
Qui eius fidem . ac dilectionem . casto
in corpore concipiunt . qui sedula
in mente . praceptorum eius
memoriam portant . qui hanc &
in mente proximorum solerti

& hortatione nutrire satagunt .
Uerum quia uenerabilis dñi genetrice .
misericordiam eius omnibus per
orbem . qui eum timent . ad futu
ram esse perdocuit . **R**estat
ut & iam superbi & contemnentes
monita ueritatis . quid mereantur
in sinact .
Fecit inquit potentiam in brachio
suo . dispersit superbos mente cor
dis sui . **I**n brachio suo . Inditio
ne propriae uirtutis . significat .
Non enim alieno ad operandum in
diget auxilio . Cui scriptum est .
sub est cum uoluerit posse . **Q**uod
ad distinctionem nrae bonae ope
rationis dicit . **Q**ui non in nrae uir
bus libertatis . sed in dō facimus
uirtutem . **E**t sicut alias scriptum ē .
Et brachium eorum non saluabit eos .
sed dexter tua . et brachium tuum
& in luminatio uultus tui .
Dispersit autem superbos mente cor
dis sui . **Q**uia initium omnis pec
cati superbia . **O**beuius meriti
dñi genus humanum . a stabili
habitatione patriae caelestis eici
ens . in hūis peregrinationem & ibi
longe lateque dispulit . **S**ed et
his qui in peccatis perdurare non
timent . grauiorem futurae disper
sionis uindictam reseruauit .
Deposuit potentes de sede . **E**os dē
potentes appellat . quos ante dixerat

superbos . 7 Qui ideo nimirum sup
 biuocantur . quia supra mensuram
 se suae conditionis & tollunt . 7
 Potentes autem non quia uere poten
 tes sunt . sed quia confidentes in
 uirtute sua . conditoris adiutoriam
 quacere de tractant . Illi autem
 uere potentes sunt . quid dicere norunt
 cum apostolo . 7 Omnia possumus
 in eo qui nos confortauit dno ihu
 xpo de qualibus scriptum est . 7
 Os potentes non abiicit . Cum & ipse sit
 potens . 7
 Deposuit ergo potentes de sede
 et exaltauit humiles . 7 Quia om
 nis qui se exaltat humiliabitur .
 Et qui se humiliat exaltabitur . 7
 Quamuis & iam ita rectae possit intel
 legi . quod non numquam illi ipsi
 qui merito suae elationis ad no fue
 rant deiectioni . Deno miserante illo
 ad humilitatis gratiam redeant .
 sicque merito deuotae humilitatis
 erigantur ad gloriam . 7 Denique
 saulus ob superbiam de sede doctrinae
 legalis depositus est . Sed mox per
 humilitatis subiectionem ad euange
 lizandam xpi fidem leuatus . 7
 Esurientes impleuit bonis . Et di
 uites dimisit inanes . 7 Quia ae
 terna bona perfectae nunc esuriunt .
 atq; ad haec appetenda in fatigabili
 operum iustorum instantia certare
 non desistunt . satiabuntur atq;

cum sui redemptoris gloria quam de
 siderabant apparuerit . . At quicum
 que caelestibus diuitis terrenas prae
 ponere gaudent . hi nimirum tem
 pore ultime discretionis . inanes to
 tius beatitudinis dimittuntur ad no .
 Ideoque cum diabolo perennis mise
 riae poena plectuntur . 7 Quod
 & iam in hac uita ex parte non mini
 na uidemus impleri . ut et humi
 les uidelicet supernae bonitatis ali
 monis repleantur . uirtutumque
 caelestiam largitate ditescant . Et
 qui uel de terrenis diuitis gloriantes
 superbiunt . uel de opibus se bonoru
 operum quasi per se se haec habeant
 & tollunt . Intus alumine ueritatis
 inanesunt . 7 Singulis autem his
 uersiculis . quos de diuerso superboru
 atque humilium statu beata maria
 protulit . Ad iungendum est
 quod premisit . In progenies & pro
 genes . 7 Quia nimirum per omne
 labentis seculi tempus . Creator
 iustus ac misericors . Et superbis re
 sistere . & humilibus dare gratiam
 consuevit . 7 Unde bene post
 generalem diuinae pietatis . Et iustu
 tiae commemorationem . ad speci
 alem nouae incarnationis dis
 pensationem qua mundum re
 dimere ds dignatus est . Confessio
 nis suae uerba conuertit dicens .
 Suscepit israhel puerum suum .

memorari misericordiae suae .7

Israhel quippe. uir uidentis dñm inter
pretatur. quo nomine. omnis redemp
torum hominum coetus designatur.
propter quos ut dñm uidere ualeant.
ipse dñs homo uisibilis inter homines
apparuit .7. Qui suscepit israhel.
Quasi medicus aegrum quem curaret.
Quasi rex populum quem ab hostium
incurfione defenderet. Immo hos
te prostrato liberum redderet. ac
secum perpetuo regnare donaret .7.

Et bene addidit. puerum suum. ui
delicet humilem. Oboedientem que
significans. quia non nisi per uirtu
tem humilitatis. Qui ad sortem
potest redemptionis attingere .7.

Vnde & dñs ait .7. Nisi conuersi
fueritis. & efficiamini sicut paruuli.
non intrabitis in regnum caelorum .7.

Bene quoque subiunxit .7. Memora
ri misericordiae suae .7. Quia quod
dñs hominem. ut redimeret adsupfit.
Non humanae meritum conditionis.
sed diuinae donum pietatis exiit.
Quidem post culpam praecuratio
nis. nisi iustam conditoris iram
meruimus .7. Vnde restat. ut quot
quot ad salutem uitae. que recupe
ramur aeternae. Non hoc
nobis sed eius gratiae tribu
amus. Cui dictum est. In ira
misericordiae memoreris .7.

Sicut locutus est ad patres nros .7.

abraham. & semini eius in saecula .7.

Patrum memoriam faciens beata
maria. recte abraham nominatum
exprimit. Quia et simuli patres.
ac sei dominicae incarnationi testi
monium mysticae protulerunt.

Ipsi tamen primo manifeste sunt
eiusdem incarnationis ac nostrae redemp
tionis archana praedicta .7. Ipsi
specialiter dictum est. Atque in te
benedicentur uniuersae cognationes
terrae .7. Quod ad dñm saluatorem

per tinere nullus fidelium dubitat.
Qui ad dandam nobis benedictione
perpetuam. De stirpe abraham
ad nos uenire dignatus est .7. Semen
autem abraham. non illos tantum
dicit electos. qui ex abraham proge
nie sunt corporaliter editi. Ue
rum etiam nos qui de gentibus ad xpm
congregati. Illis fidei societate pa
tribus copulamur. a quibus pro sapie
carnalis origine longe segregamur .7.

Et nos enim semen ac filii sumus abra
hae. cum sacramentis nri redemptoris
quidem genere abraham carnem adsup
sit renascimur .7. Nos sumus
filii abraham. cum illum uidere soller
ti intentione quaerimus. Cuius
diem beatus abraham exultauit
ut uideret. Et uidit. Et gauisus est .7.

Hinc & enim apostolus ait. Si autem
uos xpi. Ergo abraham semen estis.
secundum promissionem heredes .7.

Rectae autem inconclusionis subiungit.
 Inscala. Quia nimirum praefata pro
 missio supernae hereditatis. Nul
 lo umquam sine claudetur. Nam
 & usque in finem seculi huius. Non
 de erunt qui in xpm credendo se
 men fiant abrahe. Et futurae beati
 tudinis eidem semini manebit glo
 ria perennis. Unde nos neces
 se est fratres kmi. quibus aeterna
 merces adno promittitur. Inde
 fesso nisu mentis procius perceptio
 ne luctari. Oportet enim ut
 pro optinendo bono. quod sine sine
 cupimus habere. sine ulla inter
 missione donec accipiamur certa
 re curemus. Verba igitur
 evangelicae lationis frequenter me
 ditatione reuoluamus. Exempla
 beatae di generitricis semper animo
 retineamus. Ut et inconspicua
 di humiles inuenta. Et proximis
 quoque debito honore submissi.
na dñi duplicia . pro omnibus pec
catis suis . 7 Vox clamantis in
deserto . parate uiam dñi . rectas
facite insolitudine semitas dñi .
Omnis uallis exaltabitur . & omnis
mons & collis humiliabitur . Et
erunt praua in directa & aspera
in uias planas . Et reuelabitur glo
ria dñi . & tudebit omnis caro
pariter quod os dñi locutum est .
Vox dicentis . clama . Et dixi
quid clamabo . omnis caro fenum
et omnis gloria eius quasi flos agri .
Exsiccatum est fenum . & cecidit
flos . quia spūs dñi sufflauit in eo .
Vere fenum est populus . Ex
siccatum est fenum . et cecidit
flos . uerbum autem dñi . stabit
in aeternum . 7 Super montem
excelsam ascende tu qui euangeli

ias sion / Salta in fortitudine uo
 cem tuam qui euangelizas hierusalem .7
 Salta nolite timere . die ciuitatibus iudae .
 ecce dñs uenit ; ecce dñs dñs infortitu
 dine uenit & brachium eius
 dominabitur . Ecce mer
 cesias cum eo . & opus illius
 conam eo . Sicut pastor gregem
 suum pascat . inbracio suo congrega
 bit agnos . et in sinu suo leuabit . factas
 ipse portabit . Quis mensus est
 pagillo aquas . et caelos palmo pon
 derauit . Quis appendit tribus di
 gras molem terrae & librauit inpon
 dere montes . & colles in statera ;
 quis adiuuit spm dñi . aut quis consilia
 rius eius fuit . & ostendit illi . Cum
 quo inuit consilium . & instruxit eum .
 & docuit eum semitam iustitiae . Et
 eradiuit eum scientiam . & uiam pruden
 tiae ostendit illi . Ecce gentes
 quasi stilla stulac . & quasi momentu
 staterae reputatae sunt . Ecce in sole
 quasi puluis & iquus . & libanus non
 sufficiet ad succendendum . & anima
 lice eius non sufficient ad holocau
 stum . Omnes gentes quasi non sint
 sicut sunt coram eo . & quasi nihilum
 & inane . reputatae sunt ei .

IT III IEC DE ISAI PPH
Consurge consurge . induere
 fortitudine tua sion . inda
 cre aestimatis gloriae tuae
 hierusalem ciuitas sei . Quia non

adiciat ultra ut pertranscat per te
 in circuitu meis & immundus .7 Exca
 tere depulvere . consurge . sede hic
 rusalem . solue uincula collum capti
 ua filia sion . Quia haec dicit dñs
 dñs . Gratias uenundati estis . et sine
 argento redime .
 Quia haec dicit dñs dñs . In aegip
 tum descendit populus meus in prin
 cipio . ut colonus esset ibi . Et assit
 absque ulla causa colummatus est eu .
 Et nunc quid mihi est . haec dicit dñs .
 Quo ablatus est populus meus gratias
 dominatores eius inique agunt
 dicit dñs . Et iugiter totadie no
 men meum blasphematur . Propt
 hoc sciet populus meus nomen meu
 indie illorum . quia ego ipse qui loque
 bar . ecce adsum . Quam pulchri
 super montes pedes adnuntiantis
 bonum . praedicantis salutem .
 dicentis . sion . regnabit dñs tuus .
 Vox speculatorum tuorum leuauerunt
 uocem . simul laudabunt . quia oca
 lom ad oculum uidebunt . cum con
 uerterit dñs sion . Caudete
 & laudate simul deserta hierusalem .
 quia consolatus e dñs populum suu
 redemit hierusalem . Parabit dñs
 brachium sem suam in oculis omniu
 gentium . et uidebunt omnes fines
 terre salutare di nostri .

**ITEM III IECTIO DE ISAI
 PROPHETA .**

Gaudens gaudebo in dno.
& exultabit anima mea
in dno meo. quia induit
me uestimentis salutis.
& induit me iustitiae circum
dedit me quasi sponsum deco
ratum corona. & quasi spon
sam ornata monilibus suis.
Sicut enim terra profert germen
suum. & sicut hortus semensuum
germinat. Sic dñs dñs germi
nabit iustitiam & laudem coram
uniuersis gentibus. Propter
sion non tacebo. & propter hieru
salem non quiescam. donec egre
diatur ut splendor iustus eius.
Et saluator eius ut lampas accen
datur. Et uidebunt gentes
iustam tuam. et cuncti reges
inclitum tuum. & uocabitur tibi
nomen nouum. quod dñs dñi nomi
nauit. Et eris corona gloriae
in manu dñi. & diadema regni in
manu dñi. Non uocaberis ul
tra derelicta. Et terrata non uoca
bitur amplius desolata. Sed uo
caberis uoluntas mea in quo. Et ter
rata inhabitabitur. quia conpla
cuit dño in te. Habitat enim
iuuenis cum uirgine. Et habita
bunt in te filii tui. Et gaudebit
sponsus super sponsam. Gaudebit
super te dñs tuus. Super mu
ros tuos hierusalem constitutus

todes. tota die & tota nocte perpetuo
non tacebunt. & qui reminiscimini
dñi ne taceatis. & ne detis silentium
ei. donec stabiliat. & donec ponat

hierusalem laudem in terra.
Iurauit dñs in dextera sua.
& in brachio fortitudinis
suae. Si dederero triticum tuum
ultra cibum inimicis tuis. Et sibi
berint filii alieni uinum tuum
in quo laborasti. quia qui congre
gabunt illud comedent. & lauda
bunt dñm. Et qui conportant
illud. bibent in atris scis meis.

Transite transite per portas. prae
parate uiam populo. planum faci
te iter. Et eligite lapides. ele
uate signum ad populos. ecce dñs
audium fecit in extremis terrae.

Dicite filiae sion. ecce saluator tuus
uenit. ecce merces eius cum eo. &
opus eius coram illo. & uocabunt
eos populos scis. redempti ad dño.

**SERMO BEATI ISIDORI
IN DIE NATALIS DNI**

Natalis dñi dies. ea de
causa a patribus uotiuue
sollemnitatis institutus
est. Quia in eo xps
pro redemptione mundi. nasci
corporaliter uoluit. prodicens &
uirginis utero. qui erat in patris
imperio. Cuius susceptae
carnis causa haec est. Postqui

enim inuidia diaboli. patens ille pri-
 mus spe seductus inani cecidit. con-
 fessum & cul et perditus. in omni ge-
 nere suo. radicem malitiae & pecca-
 ti transfudit. Crescebatque in
 malum uehementius. omne genus
 mortalium. diffusis ubique sceleri-
 bus. et quod est nequius. omnium
 cultibus idolorum. Volens ergo
 deus terminare peccatum. consuluit
 uerbo. lege. prophetis. signis. pla-
 gis. prodigijs. Sed cum nec sic
 quidem errores suos. ammonitus ag-
 nosceret mundus. Misit deus filium
 suam. ut carnem indueret. & homi-
 nibus appareret. & peccatores sana-
 ret. Qui ideo in hominem uenit.
 quia per se ipsum ab hominibus cog-
 nosci non potuit. Ut autem uideretur.
 uerbum caro factum est. Ad-
 sumendo carnem. non mutatum in
 carne. Assumpsit enim huma-
 nitatem. non amisit diuinitatem.
 Ita idem deus. et idem homo. in natu-
 radi aequalis patri. in natura homi-
 nis. factus est mortalis in nobis.
 Pro nobis enim de nobis. manens quod
 erat. suscipiens quod non erat.
 ut liberaret quod fecerat.
 Haec est ergo dominicae natu-
 ritatis. magna sollempnitas. haec
 est diei huius noua et gloriosa festi-
 uitas. aduentus dei factus ad ho-
 mines. Itaque dies iste pro eo quod

in eo xps natus est. Natalis dicitur.
 Quemque ideo obseruare per reuo-
 lutum circulum anni. festa sol-
 lemnitate debemus. ut in memo-
 ria reuocetur quod natus est xps.

XVII SERMO PAPAE LEONIS

DE NATALI DNI

Saluator noster dilectissimi
 hodie natus est gaudeamus.
 Neque enim locum fas est esse
 tristitiae. ubi natalis est uitae.
 Quae consueto mortalitatis timo-
 re. ingerit nobis de promissa
 aeternitatis laetitiam. Ne-
 mo ab huius alacritatis participa-
 tione se cernitur. Una cunctis
 laetitiae communis est ratio. quia
 dominus noster peccati mortisque destruc-
 tor. sicut nullum arcata liberum
 repperit. ita liberandis omnibus
 uenit. Exultet scilicet quia propin-
 quat ad palmam. gaudeat pecca-
 tor. quia inuitatur ad ueniam.
 anime tur gentilis. quia uocatur
 ad uitam. Qui namque filius.
 secundum plenitudinem temporis.
 quam diuini consilii inscrutabilis
 altitudo disposuit. Reconcilian-
 dam auctoris suo naturam generis
 adsumpsit humani. ut inuentor
 mortis diabolus. per ipsam quam
 uicerat uinceretur. In quo con-
 flictu pro nobis inuito. magno et
 mirabili aequitatis iure certatum est.

11

Quam omnipotens dominus cum saeuissimo
hoste. non in sua maiestate. sed in
nostra humilitate congregatur. /
Obiciens ei eandem formam. eandem
que naturam. Mortalitatē quidem
nostrae participem. sed peccati to-
tius expertem. / Alienum quip-
pe ab hac natuitate est. quod de
omnibus legitur. / Nemo mun-
dus a sorde. / Nec infans cuius est
unus dies sicut uitae super
terram. / Nihil in istam sin-
gularem natuitatem. de carnis
concupiscentia transiit. nihil
de peccati lege manauit. / Virgo
regia dauidicae stirpis eligitur.
Quae sacro grauidanda fetu. diui-
nam humanamque prolem. prius
conceperet mente quam corpore.
Et ne superni ignara consili. ad in-
usitatos paucet effectus. quod
in ea operandum erat a spiritu sancto. con-
loquio discit angelico. / Nec
damnum credit pudoris. di genitrix
mox futura. / Cur enim de
conceptionis nouitate desperet.
cui efficientia de altissimi uirtute
promittitur. / Confirmatur
credentis fides. & iam praesentis
ad testatione miraculi. / Dona-
turque elisabeth inopinata fe-
cunditas. / Ut qui conceptum de-
derat sterili. daturus nondubi-
taretur & uirgini. / Verbu

igitur deus. filius dei qui in princi-
pio erat apud deum. per quem facta
sunt omnia. Et sine quo factum
est nihil. propter liberandum
hominem ab aeterna morte. factus
est homo. / Ita se ad susceptionem
humilitatis nostrae. sine diminutione
suae maiestatis inclinans. / Ut
manens quod erat. adsumensque
quod non erat. Ueram serui for-
mam. ei formae in qua deo patri est
aequalis uniret. / & tanto federe
naturam utramque confereret. / Ut
nec inferiorem consumeret & glorifi-
catio. nec superiorem minueret
adsumptio. / Salua igitur
proprietate utriusque substantiae
et in unam coeunte personam.
suscipitur a maiestate humilitas.
a uirtute infirmitas. ab aeterni-
tate mortalitas. / & ad dependen-
dum conditionis nostrae debitu.
natura inuiolabilis. naturae est
unita passibili. / Deusque uerus. ho-
mo uerus. in unitatem domini tempe-
ratur. / Ut quod nostris reme-
diis congruebat. unus atque idem
dei hominumque mediator. Et
mori possit ex uno. Et resurre posse
sit ex altero. / Merito uirginitate
integritati. nihil corruptionis
intulit partus salutis. quia custo-
dia pudoris. fuit editio ueritatis.
Talis ergo dilectissimi natuitas.

decurt diuinitatem & diuinitatem
xpm: qua nobis & humanitate con-
gruetur & diuinitate praecellere;
Nisi enim esset deus uerus non adfer-
ret remedium nisi esset homo ue-
rus non praebere exemplum.

A exultantibus angelis nascente
dno gloria in excelsis deo canitur.
et pax in terra bonae uoluntatis
hominibus nuntiatur. Vident
enim caelestem hierusalem. Ex
omnibus mundi gentibus fabricari.
De quo inenarrabili diuinae pietatis
opere quantum laetari debet ha-
militas hominum. Cum tanto gau-
deat sublimitas angelorum.

A gamus ergo gratias dilectissimi
deo patri per filium eius in spu sco.
qui propter multam misericordiam
suam quod dilexit nos miseratus est
nostri. Et cum essemus mortui
pro peccatis conuiuificauit nos xpo.
ut essemus in ipso noua creatura no-
uumque figmentum. Deponam
ergo ueterem hominem cum ac-
tibus suis & de peccati participationem
generationis xpi. carnis renuntie-
mus operibus. Agnosce. O xpi-
ane dignitatem tuam. Et diuinae
confortis factus naturae. Noli in ue-
terem uilitatem degeneri conuer-
satione recedere. Memento cu-
ius capitis. Et cuius sis corporis
membrum. Feminisecere quia

erutus de potestate tenebrarum.
translatusest in diuinitatem & regnum.
Per baptismatis sacramentum. sps sci
factus est templum. Noli tantum
habitatore. prauis de te actibus
effugare. et diaboli te iterum ser-
uituti subicere. quia praetium tuum
sanguis est xpi. Qui ueritate
te iudicabit. qui misericordia te
redemit. xps dñs noster.

xviii



IT ALIUS UNDE SUPT.

G xultemus in dno dilectissi-
mi & spiritali iocunditate
laetemur. quia inluxit
dies redemptionis nouae.
praeparationis antiquae felicitatis
aeternae. Reparatur enim no-
bis salutis nre annua reuolutione
sacramentum. ab initio promissum.
in fine redditum. sine fine mansu-
rum. In quo dignam est nos
sursum erectis cordibus. diuina
adorare misterium. ut quod mag-
nodi munere agitur. magnis aec-
clesiae gaudis celebretur.

O s enim omnipotens et clemens. cu-
ius natura bonitas. cuius uolan-
tas potentia. cuius opus misericor-
dia est. statim ut nos diabolica
malignitas ueneno suae mortifi-
cauit inuidiae. praeparata re-
nouandis mortalibus pietatis suae
remedia. inter ipsa mundi primor-
dia praesignauit. Denunti

ans serpenti futurum semen mu-
lieris quod noxi capitis elationem.
sua uirtute contereret. Xpm sci-
licet in carne dñm hominemque
significans. quinquatō & uirgine.
uiolatorem humanę propaginis in
corrupta natiuitate damnaret.

Nam quia gloriabatur diabolus homi-
nem sua fraude deceptum diuinis
caruisse muneribus. & immortalitatis
dote nudatum. duram mortis
subisse sententiam. seque in malis
suis quoddam de praeuaricatoris
confortio inuenisse solatium.

Dñm quoque iustae facueritatis exigen-
tem rationem. erga hominem que
tanto honore condiderat. antiquam
mutasse sententiam. Opus fuit
dilectissimi secreta dispensatione
consilii. ut incommutabilis dñs.
cuius uoluntas non potest sua benignitate
priuari. primam pietatis
suae dispositionem. sacramento
occultiore compleret. Et homo
diabolicę iniquitatis uersutia ac-
tus in culpam. contradi propositu
non periret. In greditur ergo
haec mundi infirma filius dñi. de
caelesti sede descendens. & a pater-
na gloria non recedens. nouo ordi-
ne. noua natiuitate generatus.

Nouo ordine. quia inuisibilis inuisi-
bilis est factus in nostris.

Incomprehensibilis. uoluit con-

prehendi. Ante tempora manens.
esse coepit ex tempore. Vniuer-
sitalis dñs. seruilem formam obum-
brata maiestatis suae dignitate sus-
cepit. Inpassibilis dñs. non de dig-
natus est homo esse passibilis. & immor-
talis. mortis legibus subiacere.

Noua uero natiuitate generatus. quia
inuiolata uirginitas. concupiscentia
nesciuit. substantiam ministravit.

Ad sumpta est de matre dñi natura. non
culpa. Creatura est formae serui
sine conditione seruili. Et nouus
homo sic contemptus est uideri.
Et ut ueritatem susciperet generis. et
uitiam excluderet uetustatis.

Verax namque misericordiae. cum
ad reparandum humanum genus.
ineffabiliter ei multa suppeterent.
hanc potissimum consulendi elegit
uiam. qua ad destruendum opus diabo-
li non uirtute uteretur potentiae.
sed ratione iustitiae. Nam sup-
bia hostis antiqui. non in merito sibi
in omnes homines ius tyrannicum
uendicabat. Nec indebito domi-
nati premebat. quos amandato di-
spontaneos. in obsequium suae uolan-
tatis inlexerat. Non itaque
iuste amitteret originalem huma-
ni generis seruitutem. Nisi deo
quod subicerat uinceretur.

Cum igitur misericors omnipotensq.
saluator. ita susceptionis humanae

moderaretur & cordia ut uirtutem
 inseparabilis a suo homine deitatis
 per uelumen nostrae infirmitatis ab
 seonderet. **I**nclusa est securi hostis
 astutia. qui natiuitatem pueri in sa-
 lutem humani generis procreati. non
 aliter sibi quam omnium nascentium
 putauit obnoxiam. **U**idit enim
 uagientem atque lacrimantem uidit
 pannis obuolutum. circumcisioni sub-
 ditum. et legalis sacrificii oblatione per-
 functum. **A**gnouit deinceps soli-
 ta incrementa pueritiae. & usque
 ad uiriles annos. de naturalibus non du-
 bitauit augmentis. **I**nter haec
 intulit contumelias. multiplicauit
 iniurias. adhibuit maledicta. obpro-
 bria. blasphemias. conuicia. Om-
 nem postremo in ipsum uim furoris
 effudit. **O**mnia temptamento-
 rum genera percurrit. **E**t sciens
 quo humanam naturam infecisset
 ueneno. Nequaquam credidit trans-
 gressionis exortem. quem tot docu-
 mentis didicit esse mortalem. **P**er-
 sistit ergo improbus praedo. et
 auarus & actor. incum qui nihil
 ipsius habebat insurgere. **E**t damni-
 tate originis prae iudicium genera-
 le persequitur. **C**irco graphum quo
 nitebatur excedit. ab illo iniquita-
 tis exigens poenam. in quo nullam
 repperit culpam. **S**oluitur itaq;
 laetiferae pactionis. male suada

conscriptio. fortis ille. necitur diu-
 culis suis. & ligato mundi principe.
 captiuitatis uasa rapiuntur.

Redit in honorem suum. ab antiquis con-
 tagis purgata natura. **M**ors
 morte destruitur. natiuitas nati-
 uitate reparatur. **Q**uo simul
 et redemptio aufert seruitutem. et
 regeneratio mutat originem. et fides
 iustificat peccatorem. **Q**uisque
 igitur xpiano nomine pie & fideliter
 glorians. reconciliationis huius gra-
 tiam iusto perpende iudicio. **T**ibi
 enim quondam abiecto. tibi extru-
 so paradisi sedibus. tibi per exilia
 longa morienti. tibi incinerem
 & puluerem dissoluto. **C**uiam
 nonerat spes ulla uiuendi. perincat
 nationem uerbi potestas data est.
 ut de longinquo actuum reuertaris
 auctorem. **R**ecognoscat parente
 liber officiaris. ex seruo de extraneo
 pro ueharis in filium. **U**t qui ex
 corruptibile carne natus es. & di-
 spu renascaris. & obtineas per gratia
 quod non habes per naturam.

Habentes ergo tantae spei fiduciam.
 dilectissimi. in fide qua fundati estis
 stabiles permanete. **N**e idem
 ille temptator. cuius a nobis do-
 minationem xps exclusit. aliquibus
 nos iterum seducat in fidis. et haec
 ipsa praesentis diei gaudia. fallaciae
 suae. aste cor rumpat.

Inludens simplicioribus animis
de quorundam pestifera persuasi
one. quibus huiusmodi sollemnitate
nrae. non tam denatiuitate xpi.
quam denoui. ut dicunt solis ortu
uidetur honorabilis. Quorum
corda uastis tenebris obuoluta.
Et ab omni incremento uerae lucis
aliena sunt. Trahuntur enim
adhuc stultissimis gentilitatis er
roribus. & ministra mundi lumi
naria. diuino honore uenerantur.
Quae & si mirandam habent pulcri
tudinem. adorandam tamen non
habent deitatem. Illa ergo uirtus.
illa sapientia. Illa est adoranda sola
maiestas. quae uniuersitatem
mundi creauit & nihilo. Et in quas
uoluit formas. atque mensuras.
terrenam caelestem que substantia.
omnipotenti ratione produxit.
Sol luna et sidera. sint commoda
utentibus. sint speciosa cernentibus.
Sedita ut de illis gratiae referantur
auctori. Et adoretur deus qui haec
condidit. non creatura quae seruit.
Laudate igitur deum dilectissimi
in omnibus operibus eius atque iudicis.
Sit in uobis indubitata credulitas
uirgineae integritatis. Et pariter
reformationis humanae. sacrum
diuinumque misterium. seorsum atque
sincero honore seruitio.
Amplectimini xpm in nostrae carne

nescientem. ut eum uidere mere
amini deum gloriae. In sua maesta
te regnantem. cum deo patre
& spiritu sancto. amen.

XVIII. SERMO BEATI FULGEN
TII ARCHIEPISCOPI
DE NATALITIO DNI.

Curiosius aliquid debuius
dici sollemnitate narrare.
simulque considerantes illud
unum uerbum de quo dicere
uolumus. Nulla inuenimus uerba
quibus sufficienter aliquid dicere
ualeamus. Est enim hoc uer
bum quod desinit prolatum. sed quod
permanet natum. Non transitorium.
sed aeternum. Non factum ad
patrem. sed genitum. Nec solum
genitum. sed etiam unigenitum.
Unum quippe uerbum. deus pater ge
nuit de seipso. per quem omnia cre
auit ex nihilo. In principio enim
erat uerbum. Et uerbum erat apud
deum. Et deus erat uerbum. hoc erat
in principio apud deum. Omnia
per ipsum facta sunt. & sine ipso
factum est nihil. In hoc autem
quod per illud uerbum deus pater om
nia fecit. ostenditur. quia hoc uer
bum genuit ipse. non fecit. Illud
igitur uerbum. de deo deus est. de
creatore creator est. Unde
hoc in se naturaliter habet esse quod
pater est. Natus est itaque de patre

do. filius dñi. alter in persona. non
 alius in natura. . . Semper apud pa-
 trem. semper cum patre. semper
 de patre. semper in patre. . .
 Semper apud patrem. cum quo illi
 una est naturalis immensitas. . .
 Semper cum patre. cum quo illi
 una est naturalis aeternitas. . .
 Semper de patre. de quo illi est natu-
 raliter aeterna natiuitas. . .
 Semper in patre. cum quo illi est una
 naturaliter aequalisque diuinitas.
 Et alter quidem ille quod pater est.
 alter ille quod filius est. Neuter
 tamen alter dñi. quia pater & filius
 unus est dñi. . . Quapropter. quando
 de patre dñi. & filio dñi nascitur sermo.
 digne dicimus alterum esse patrem.
 & alterum filium. . . Et nihil ho-
 minus. digne dicimus unum dñm
 esse patrem & filium. . . Cum enim
 dicimus alterum esse patrem. alte-
 rum filium. . . Discretas personas.
 genitoris genitique monstramus.
 Cum uero dicimus unum dñm esse
 patrem & filium. ipsam unam natu-
 ram indiscrete diuinitatis ostendi-
 mus. . . Altera est enim persona
 genitoris & geniti. sed una est natu-
 ra genitoris geniti. . . Quando uero
 sufficienter aut digne loqui poterit
 quis de quo. homo de deo. mortalis de
 immortali. uisibilis de inuisibili.
 mutabilis de incommutabili.

Opus de opifice. de creatore crea-
 tura. de factore factura. par-
 uus de immenso. Temporalis de
 aeterno. humilis de altissimo.
 plasmatus ex limo. de illo qui omnia
 creauit ex nihilo. . . Cuius est
 inenarrabilis omnipotentia. qua
 nos gratuita bonitate fecit. nec
 minus tamen inenarrabilis gratia.
 qua nos omnipotentissima mise-
 ratione saluauit. . . Quia opus
 creatricis omnipotentiae gratis fe-
 cit. & opus gratiae saluatricis om-
 nipotenter impleuit. . . Illic ha-
 bens potestatem condendi et regen-
 di creaturam suam. hic habens po-
 testatem ponendi & sumendi pro
 nobis animam suam. . . Omnipoten-
 tiam uero nunc dicimus. qua
 uerbum quod in principio erat. et
 apud dñm erat. & dñs erat. fecit om-
 ne quod non erat. . . Gratiam uero.
 qua uerbum caro factum. uenit
 quaerere & saluum facere quod pe-
 rierat. . . Omnipotentiam. qua
 fecit omnem diem. . . Gratiam.
 qua certo die concipi. et certo die
 dignatus est nasci. . . Idem igitur
 minoratus paulominus ab angelis.
 In die factus est hominum. qui coe-
 ternus. et aequalis dñi patri.
 dies scorum semper est angelorum.
 De ipso quippe propheta dicit. . .
 Bene nuntiate diem de die salutare eius.

Quid est diem dedie? Nisi filium de
patre. Est igitur de patre filius.
dedie dies. Sed tamen pater et filius.
Non duo dies. sed unus est dies.
Est de patre filius. de deo deus. pater tam
& filius. Non duo di. sed unus est di.
Unus igitur dies aeternitatis. simul
pater & filius a nobis agnoscitur.
Indie autem temporis. solus filius inue
nitur. Dies enim aeternus pater
& filius. nostrum corpus & animam
fecit. Indie uero temporis. solus
filius. nostrum corpus animamq;
suscepit. Xps dies aeternus. uni
genitus in forma di manens.
Xps indie temporis. unigenitus for
mam serui accipiens. Xps dies
aeternus. diues permanentis ut con
deret nos. Xps indie temporis
pauper factus. ut redimeret nos.
Dies aeternus. Xps di deo patre.
Xps indie temporis. di homo de uirgi
ne matre. Xps dies aeternus. uer
bum cruciatum de corde patris.
Xps indie temporis. uerbum caro fac
tum. de utero uirginis matris.
Xps dies aeternus. di uerus. de deo uero.
Xps indie temporis. sponsus procedens
de thalameo suo. Dies aeternita
tis xps. angelos creans. dies in tem
pore xps. homines saluans.
Dies aeternitatis xps. in caelo scos an
gelos pascent. Dies temporis xps.
homines in terra reficiens. Ut enim

panem angelorum manducaret ho
mo. creator angelorum factus est
homo. utrosque pascent. & integer
permanens. Quam bonus panis.
qui et angelos pascent per speciem. ut
de ipso facerentur in patria. & nos pas
cent per fidem. nec deficiamus in uia.
Ille panis qui se ipsum dat angelis ad
gaudium stabilitatis. se ipsum dedit
hominibus ad remedium salutis.
Et qui est angelorum esca. nobis factus
est medicina. Verum tamen hic
dilectissimi fratres. attendite mag
nitudinem gratiae. & agnoscite
quid di homini dignatus est prero
gare. Xps enim di filius. de
uero deo. di uerus. & unus cum patre
naturaliter di. semper ex ipso scos
angelos pascent. sed tamen angelicam
naturam. di filius non accepit.
Ut autem suam curitatem di comen
daret in nobis. filius eius. naturam
nostram suscepit ex nobis.
Et di unigenitus qui panis est ange
lorum. ut etiam homini se ipsum
faceret panem. simul hominis & ani
mam suscepit & carnem. Accepit
utramque ueram. Utramque scam.
Utramque mundam. Accepit ani
mam nram. sine iniquitate. Accepit
carnem nostram. cum mortalitate.
Accepit animam iustam. per quam
nostris animabus iustitiam. red
deret. carnem uero. propter ea dig

natus est habere mortalem. Ut
secundum ipsam moriens. mortem
uinceret. Secundam ipsam & uia
resurgeret. per quam nostra quo
que corpora suscitaret. Mag
num mysterium dilectissimi fra
tres. magnum diuine dilectionis
iudicium; homo dñi contempnens.
ad d̄ discessit. D̄s hominem dili
gens. ad homines uenit. Dile
xit impium. ut faceret iustum;
Dilexit infirmum. ut faceret sanum.
Dilexit peruersum. ut faceret rec
tum. Dilexit mortuum. ut
faceret uiuum. Et quid amplius
dicam. quando quidem d̄s unigeni
tus. humanam naturam tantum
dilexit. ut eam non solum a potes
tate mali angeli liberaret. Ueru
& iam in seipso. super omnes bonos
angelos. in patris dextera colloca
ret. Natura enim quae in pri
mo homine a malo angelo captiua
ta fuerat. ipsa nunc in secundo
homine. super omnes bonos ange
los regnat. Natura quae in
primo homine mundum peccato
polluit. ipsa in secundo homine.
mundum a peccato mundauit.
Primus homo de terra terrenus.
secundus homo de caelo caelestis.
Primam hominem. mulier corrup
ta mente decepit. secun
dum hominem. uirgo

48
in corrupta uirginitate concepit.
In primi hominis coniuge. nequitia
diaboli seductam deprauauit men
tem. In secundi autem hominis
matre. gratia di & mentem integra
seruauit & carnem. Mentem contu
lit firmissimam fidem. carni ab
stulit omnino libidinem. Quo
igitur miserabiliter pro peccato
damnatus est homo. Ideo sine pec
cato mirabiliter natus est d̄s homo.
Adtendite fratres. medicinalis gra
tiae lineas. diuina nobis benigni
tate monstratas. Tunc ad eam
angelus malus accessit. ut per eam
homo quem d̄s fecerat. ad se para
retur. Nunc autem ad maria
bonus angelus uenit. ut in ea
humanae naturae. d̄s unigenitus
uineretur. Uenit ad eam dia
bolus. ut uitam nobis malignus au
ferret. Uenit ad mariam ga
brihel. ut uitam reddendam homi
nibus nuntiaret. Per primi
hominis culpam. coepit diabolus
hominem dominari; per secundi
hominis gratiam coepit ab homi
ne superari. Super primum
superbus. sub secundo captiuus.
Per illum nos captiuatos tenuit.
per istum nos liberatos amisit.
Primus adam nobis auctor & sti
tit culpe. Nouissimus adam
nobis auctor extitit gratiae.

Ille delimo plasmatus. terrenus pro-
tulit. Iste de spu sco natus. caeles-
tes effecit. Per illum perdidimus
gratiam priorem. per istum recipi-
mus amplio rem. Ille quippe nob
intulit peccati maculam. cum qua
nasceremur ad supplicium. Iste
nobis contulit iustificationis gratia.
ut renasceremur ad regnum. Per
illum nos filios saeculi. generatio car-
nalis effecit. per istum nos filios
di. generatio spiritalis exhibuit.
Ille nos artus subdidit. Iste nos flore-
re uirtutibus fecit. Ille nos per-
uitia deiecit. quo primus cecidit.
Iste nos per uirtutes eleuat. quo pri-
mus ascendit. Ille quippe primus
cecidit in infernum. Iste primus
conscendit in caelum. Iterea fra-
tres dignum est. ut in die dominicae
natiuitatis. diem quoque dominicae
resurrectionis sollempniter audiat.
Unigenitus enim ds. sicut pro nobis
dignatus est nasci. sic pro nobis se-
cundum carnem dignatus est mori.
dignatus est & uan suscitari.
Iste quippe dies est uisitacionis. ille
redemptionis. Opus enim gra-
tiae. qua nos ds unigenitus saluos
fecit. conceptus in utero. cepit
lpsamque opus gratiae. de sepul-
chro resuscitatus impleuit.
Conceptus in utero. factus est par-
ticeps mortis nrae. Resurgens

de sepulchro. fecit nos participes
uitae suae. Nunc itaque omnes
dnm exoremus. ut sicut in istodie.
gaudium suo populo tribuit. ad illu-
quoque diem omnes cum gaudio &
pace perducat. populum que suum
in fide & caritate custodiat amen.

**ITEM DE NATAL DNI.
SERMO BEATI MAXI
MI EPISCOPI.**

Iustissime fratres festiuitate praesentis diei. in omne se gaudium. totus ubique suscitatur mundus. Quia hodie promissus a saeculis a uerso orbi. iudex natus est et redeptor. Et necesse est. ut in commune nos omnes qui futuri ex amnis. resurrectionisque promissae salutarem suscepimus fidem. habeamus mecum quidem de iudice. sed redemptore letitia. Omnis namque fidelis anima timore corrigitur. correctione leuatur. Et in hoc km. quanta ergo humanum genus omnipotentis patris dispensatio. quanta uel benignitas. ut quem iudicem preparauit incredulis. hunc credituris praemitteret redemptore. Quatenus praecurrentis misericordiae. seueritatem aduentantis iudicis praue nit &. Hodie itaque natus est xps. sed in natiuitate eius. nostra omnia

49
habet uita natalem. Quia qui pri-
uilegia primae natiuitatis amissimus.
uinitante nos xpo. sanctiore partu re-
dimus ad uitam. Hodie peperit
maria. sed ipsa suum parturuit
auctorem. Hodie edidit mundo
hominem. quem non suscepit ab ho-
mine. Quid hoc est miraculi fr?
nascitur caro de carne. non tamen ge-
nerata per carnem. Et secreto quo-
dam incomprehensoque conceptu. pro-
cedit de mortali femina. diuina pro-
genes. Nec mirum sane si existit
diuina natiuitas. ubi non erat huma-
na conceptio. Aut si illam matrem
non uiolauit partus. quam coitus
non foedauit. At ille quondam
futurorum conscius esaias. populis et
gentibus. signum nouae salutis aperiens.
Ecce uirgo in utero accipiet & pariet
filium. & uocabunt nomen eius emma-
nuel. quod interpretatum nobis est
deus. Atque ut aduertamus noui
ae ueteris testamenti unum esse con-
sensum unumque consilium. At
& iam beatissimus lucas. dominicae
generationis relator egregius dicens.
Missus est angelus gabriel ad
uirginem desponsatam uiro cui no-
men erat ioseph. Et ait ad illam.
Ecce concipies in utero & paries filium.
& uocabunt nomen eius ihm. Ihs
autem kmi. latino sermone sal-
uator dicitur. Ecce qualiter

se inuicem concordantibus sementis.
testimonia diuina confirmant. & cum
praedicantur diuersa sint tempora.
non tamen diuersa narratio. Nam
partum uirginis. quem ille prae-
dixerat. iste testatur. Quis igitur de
diuinitate xpi. quis de redemptione
cunctarum. quem et esaias proste-
tur dm. Et gabriel adnuntiat sal-
uatorem. Quis intactae puerperae
aluam dubitet floruisse. quod uno
pene ore. atque eodem spū prolocun-
tur. Euangelista. angelus. Et pro-
pheta. Ubitanti talesque sunt
testes. non erubescit ueritas. sed audi-
tor incredulus confutatur. Sed
iam uideamus quas pro nobis natus
perferat xps iniurias. Quibus ue-
raris iniuriae ille uirtutibus de-
corentur. Et ante omnia femi-
neo se sexu concipi patitur. qui in ex-
ordio mundo omnipotenti manu.
de maseulo operatus est feminam.
Sed hanc humilitatem nascendi. uirgi-
nalis matris sublimat integritas.
Et quamuis natus xps femineo ut
infans lacte pascatur. Tamen ut
rerum potens uirginis nutritur
uberibus. atque ut primum illam
in has saeculi procellas. & fluctuan-
tis sentinam mundi. utras mater-
nas effudit. uilissimis circum-
datur pannis. Pecunis indui-
tur ille pro nobis. quicquam crearet

omnia terras luce perfudit · caelum
sideribus adornauit · & ignea solem
claritate uestiuit · Obuoluitur
quidem pannis · sed hi panni noua stel
la radiante munerantur magis · Et
exultantibus angelis honorantur ·

Et ut nouerimus uniuersa haec per
mysterium · uel fieri uel dici · hic qui
pannis circumuoluitur · praedicatus
ab initio · de sinu patris aeternoque
thalamo · salutarium nuptiarum spon
sus uenit ex aelo · Sicut aut ueran
das dauid · ipse tamquam sponsus
procedens de thalamo suo · De
inde ut legitur · ponitur in praesepe · quia
ut ait euangelista · Non erat illi lo
cus in diuersorio · Ne quem fratres
ista permoueant · quia omnis haec in sal
uatore uilitas · praetiosissimum nrae
salutis est sacramentum · Videte
enim quanta sapientia collocari xps dici
tur in praesepe · qui gemina quadam
gratia · humani generis & escaerit futu
rus & pastor · Qui bene in praesepe
ponitur · ut ad pabala perennis uitae
spiritualium ouium greges · agni caelestis
balatus inuitet · Non erat inquit
eis locus in diuersorio · Numquid
tantae illius erant angustiae mansionis ·
ut nati sub ora paruuli membra non
caperet · sed idcirco mystico sermone
refertur · Non inueniri locum in
diuersorio · quia ingressus mundum
xps · fidem in qua possit requiescere ·

non inuenit · ut ait ipse in euangelio
dicens · Filius autem hominis non
habet ubi caput reclinet · Unde ad
uertimus quia unicus di filius · non
in spatiofis domibus auratisque laque
ariis · sed in fide credentium requiescit ·

Hunc ergo xpm ihm suggestentem ubera
Nascentium infantum more uagien
tem · uilibus circumdatum pannis ·
iacentem uilius in praesepe · angelica
ministeria prosequantur · Et omnis cae
lestis exercitus multitudo miratur ·
consona eum uoce conlaudans et dicens ·

Gloria in excelsis do · & pax in terra ho
minibus bonae uoluntatis · Gloria
utique do · qui desperatis mortalibus
munus aeternae salutis exhibuit · Et
pax hominibus bonae uoluntatis · quos
certamine suo xps · suoque proelio in
regnum proprium · diabolica decapn
tate reuocauit · Et quam congrue
euangelicus intonat sermo cum dicitur ·

Gloria in excelsis do · & pax in terra homi
nibus · Quod idem ipse di filius · &
apud angelos gloriosus est in excelsis ·
& bonae uoluntatis hominibus · pacem
prestat internis · Propter quod
dilectissimi · conpocentibus gaudis
tanta de salute laetentur · atque
angelicis nos uocibus sociantes · honore
debito · misteria semper xpi uirtutes
que laudemus ·

**XXI. ITEM HUIS DIEI DENA
TATE DNI ·**

Hodie fratres kmi xpi natus est nos renati. Hodie saluator mundi per matrem nascendi tempus accepit.

quid de patre natiuitatis non habet tempus. Hodie per hominem filius di ingressus est mundum. cuius matrem ante hominem factus est mundus. Hodie habitator caeli uenit ad terras. qui terrarum incolae euocari ad caelum. Mirabilis inquit di in seis suis. Si in seis suis mirabilis di. quomodo non in seipso mirabilis. Si mirabilis in iohanne quem nasei de patre senissimo. & sterili de matre praecipit. quanto magis in se est mirabilis. qui ut nostrae conditionem carnis indueret. Nouam uirginem & conceptum dedit & partum.

Ait ser abbaeue propheta. Domine audiui auditionem tuam. & timui. consideravi operatua et expaui.

Quis non expauescat & mœuat tanta profunditatem misterii. Quocendo quidem unus idemque sine conceptione natus est di. Et sine creatore factus est homo.

Quas in xpo generationes legimus. sed in utraque comprehense diuinitatis est uirtus. Ibi enim illam ex semetipso genuit di. hic cum uirgo do operante concepit. Ibi sine initio. hic sine exemplo. Ibi natus attonderet tana. hic factus ut tolleret mortem.

Ibi patri natus. hic hominibus pro creatus. Illa natiuitate hominem

fecit. hac generatione hominem liberauit. Utramque fratres generationem eius non posse narrari. sententia haec una complectitur.

Illam enim est ante hominem. ista supra hominem. Illa incogitabilis. ista mirabilis. Cum autem duas xpi docemur natiuitates. Nobis asseritur di filius natus. sed gemina in uno di filio confirmatur esse substantia.

Ibi quod erat natus est. hic quod non erat factus est. Ait de his beatus euangelista iohannes.

In principio erat uerbum. Et uerbum erat apud dm. Et dserat aeternum. Et iterum. Et uerbum caro factum est. Igitur di qui apud dm erat. produit ad o. Et caro di quae in do non erat. processit & femina.

Ita uerbum caro factum est. Non ut di uacuaetur in hominem. sed ut homo glorificaretur in dm.

Itaque nobis natus est di. sed ex duabus natiuitatibus. id est di & hominis. se ipsum unigenitum patris. atq; in se se hominem unum esse uoluit dm. Generationem ergo eius quis enarrabit. Fratres.

generatio xpi si narrari non potest. credi potest. Si lingua defecit. fides proficit. Magnus enim profectus est fidei. cum tantum de do suo concepit. quantum sermo non potest parturire. Cauete di mi.

nequando uos debis incredulitas mo-
ueat: quia si homo non ualeat & plura
re quod sentit: deus sine dubio potuit
implere quod uoluit. Et per ab-
surdum est fratres: ut ineffabilem
deum: infirmissimo fragilitatis nostre
sermone pensamus. Amentiae
res est: ut operationes maiestatis in-
mensae: inter exigua corruptibilis
oris nostri coniemur uerba conclu-
dere. Quomodo enim ualeat con-
prehendere homo deum: factus inge-
nitum: mortalis aeternum. Si in-
uestigare niteris qualis deus in homine:
uel homo transiit in deum: inuestiga-
prius si potes: quomodo & nihilo fac-
tus est mundus: caelum unde resplen-
dit: aquarum liquor: terrae so-
liditas: quaratione subsistunt.
Quomodo & iam de terra homo: de mas-
culo femina: itemque per feminam
masculus. Quid illud est post om-
nia: quod lumen gignit ac tenebras:
quod uitam facit ac mortem.
Si ergo te ipsum: o homo: & quae prop-
ter te facta sunt: qualiter aut unde
sint facta comprehendere non uales:
qua praesumptione: quae stultitia:
tuam ipsius atque omnium discuit
creatorem. Natum ergo de deo pa-
tre deum: eundemque hominem fac-
tum de uirgine confitemur.
Sed haec iam rationi caecae sunt:
fidei manifesta. Tunc enim par-

te & aliqua: indefinitae maiestatis
eius poterimus immensa rimari.
Si aduertamus: quantus qualisue sit
deus: a nobis non posse cognosci.
Ut ait deus ad moysen: Tu autem non
poteris uidere faciem meam: Ideo
non potes carnalibus oculis
meam sicut est inspicere deitatem.
Beatus namque dauid uirum omni-
potentiae eius intendens: clamabat
dicens: Mirabilia opera tua deus:
& anima mea nouit ualde. Ualde
enim sciebat anima prophetae: ope-
radi omnem meditationem humanae
mentis excedere. Propter quod
sapientissimus patriarcha: mortalis
sensus conclusus angustus: quae in-
uestigare non poterat: mirabatur.
Quis ergo hominum discutere aut inqui-
rere audeat: Tantus quod propheta
miratur. Mirabilia inquit ope-
rata: & anima mea nouit ualde.
Hoc ipsum enim quod incomprehensibilis deus
anima eius nouerat: caro sentire non
poterat. Omnis ergo qui operadi
magis uult examinare quam crede-
re: Non sequitur animae sensum
sed carnis errorem. Et ideo fratres
non discutiamus qualiter deus de deo natus
est: sed credamus. Nec retracte-
mus partum uirginis: sed mitemur.
Ut unigenitum de deo & hominem
confitemur: inoffensam teneamus
caelestis fidei ueritatem.

ITEM DE NATAL DNI
CUIUS SUPRA.

N aduentu domnico frs kmi sola
tus est omnis paternae preuaricatio
nis meas. quem diabolicis dudum
fraudibus incurrit circum uenta mor
talitas. Adest enim nobis caeli
terraeque iudex. qui rescisso chyro
grapho delictorum. reatum nostrum
miseratus absoluit. Adest ille dñs.
qui iugum captiuitatis antiqae. nris
aceruicibus soluens. in ciuitem mundi
aeterna libertate laetificet. Adest
rex ille mansuetus. qui per spatia to
tus orbis. caelestis iustitiae gressib;
incedens. superbientem furentis ini
mici conterat tyrannidem. Hodie
namque parturiente maria. natus est
nobis dñi filius. ut germaniae carnis
nre conceptione productus. creato
ase homini. & pietatem paternam
& fraternam largiretur affectum.

Et natus sane ab intacta est femina. ut
cum pariter & hominem testaretur
partus humanus. & dñm probaret aet
terna uirginitas. Nam sicut non
poterat nisi caro de carne nasci. ita non
poterat de uero de femineo utero. nisi
sine generante prodire. Propter
quod ait angelus beatissimae mariae.

Sp̄s sc̄s super ueniet in te. Et uirtus al
tissimi obumbrabit tibi. Et quod nas
cetur ex te sem. uocabitur filius dñi.

Sp̄s inquit sc̄s super ueniet in te.

57
VIII

I deirco tibi frater. uirtutem sc̄i sp̄s
angelicus sermo protexit. Nec con
idetur carnalis disputationis habe
tatis. caeleste tibi ipse mysterium
terrena argumentatione confundat.
Aut non putas eum nouum puerum in al
uo uirginis potuisse formare. Quia
primum conderet hominem. Nec semen
patris. nec uiscera materna quaesierit.
Dic itaque. quicumq̄s supernae dispen
sationis arbiter. & discussor. quae
tibi uidetur uirtus eminentior. par
tum dedisse uirgini. aut perfectum
hominem de terra creasse. Pri
mus enim homo ut ait apostolus.
de terra terrenus. secundus homo.
de caelo caelestis. Si contranctu
rum esse contendis. quod in mysterio
redemptionis nre. sine uero puella
asseritur concepisse. caus quae
so naturae est. quod in parente gene
ris nostri. caro sine carne formatae.
Quae ista est ratio. immo quam caeca
contentio. ut non credatur dñs. facere
hominem posse de femina. quem
creditur fecisse de puluere. Si om
nipotentis o homo. tali in negotio
esse perspicis uoluntatem. de opere
cur retractas. Omnia enim sicut
legitur. Dñs quae uoluit fecit. in
caelo & in terra. Et si sollicitus
per serueris. praeter hanc legitimam
humanae conceptionis usum. Tres
ualde mirabiles nascendi species.

operatam repperies trinitatem . . .

Et prima est quidem. quod adam figuratus & limo est . . . Secundaq[ue] mulier formata demasculo . . .

Tertia quae & caelestis est . . . quod xps processit & uirgine . . . Quid horu[m] non nouum . . . Quid horu[m] non mirabile . . . Quid horu[m] nisi fidem sequamur . . . Inquisitio poterit humana compl[er]i . . . Quod autem mystico hoc conceptu. uisitare mandatum suum. di dignatus est filius . . . N[on] hoc salutis necessitas flagitabat . . .

Nimirum ut caelestis tandem generatio repararetur. quod nati uitas terrena perdidit . . . Sed fortassis hunc qui natus praedicatur ex femina . . . dum uilibus ^{uol} obicitur pannis . . . dum iacere contentus est in praesepe . . . dum lacrimosis uagibus concrepat . . . dum maternis lactatur uberibus. di esse diffidit . . . Immo per ista frater . . . aduer te eum . . . Et ut homine infirma pro infirmis pertulisse . . . et ut di potentiam exercuisse caelestem . . . Hic namque qui sordentibus circumdatur pannis regis per chaldeos muneribus honoratur . . .

Hic qui in praesepe humilis iacet . . . lumine noui sideris coruscat caelo . . .

Hic qui uagitus reddit infantiae . . . angelici exercitus uocibus conlaudatur . . .

Hic qui femineo lacte nutritur . . . multa hominum milia paratissimo pane

satiavit . . . Quid illud adiciam quod di illum . . . & uerum di esse filium . . . resurgens a mortuis. lazarus probat . . . recepto lumine cecus adnuntiat . . . uenerandis eius calcata uestigis . . . maris unda testatur . . . Et quod praecellit haec omnia . . . resultans caelo . . . uox paterna confirmat . . . Propt[er] quod dilectissimi . . . tam magnum hoc natuitatis dominicae sacramentum . . . dignis uocibus honoremus . . . Diligamus praec omnibus castitatem . . . quia ut placere hanc sibi xps ostenderet . . . pudicitiam uteri uirginalis elegit . . . Secutemur misericordiam . . . quia pietatis est quod saluamur . . . Iustitiam sollicito teneamus . . . quia ob hoc unigenitus di effici dignatus est homo . . . ut ueritatem predicant . . . uniuersam mundi faciem . . . damnata iniquitate purgaret . . .

XXIII. **ITEM CUIUS SUPRA DE NATALITATE DNI .**

Hodie diuini mysterii sacramenti fr[ater] k[er]mi . . . sicut credidistis semper & creditis . . . reparatio salutis humanae . . . uirtutum . . . natuitas . . . ruina uitiorum . . .

Hodie namque xps ih[esu]s d[omi]n[us] noster in quo diuinitatis est plenitudo . . . carnis nostrae infirma suscipiens . . . nouus natus est homo . . . Hodie refulsit secundus ille adam . . . non in coelo . . . sed d[omi]n[us] paradisi . . . quem inter dicte

arboris pulcritudo non fallat
 serpens non decipiat . mulier non
 seducat . **H**odie & ortum est in
 tenebr. & lumen . **H**odie illud
 quod caelum & caeli caelorum se
 habere gaudebant : mundus dum
 nescit accepit . **N**equē enim ut
 temporalis quidam aut quante
 non fuerit . de semina nobis repenti
 nus emerit . sed qui semper erat
 cum patre dī . semper que regnabat .
Novo per uirginem uoluit mortalib;
 appere misterio . **N**ouus qui
 dem homo . sed dñs sempiternus .
Nouus xps . sed rex omnium seculo
 rum . **I**pse est in fine temporū
 natus ex maria . qui ante omnia
 saecula unigenitus processit e patre .
Hic est praedictus a patriarchis . a pro
 phetis praedicatus . adnuntiatus ab
 angelis . ab apostolis ad probatus .
De uno eodemque legis . **I**n princi
 pio erat uerbum . & uerbum caro fac
 tum est . **C**aude ergo nunc &
 exulta ad dñm tuum tandem conuer
 sa gentilitas . **P**ercepisti donum
 quod abraham in spu se uidisse lae
 tatus est . **M**eruisti per xpm . qd
 mereri quondam hebreorum gens
 electa non potuit . **T**imens enim
 israhel & tremens mirabatur ut
 legimus quod moyses populi prin
 cepti reconditus in nabe . et inuer
 tue montis altissimi . solus cum dño

loqueretur . **T**ibi uero sic natus ē
 xps . & tanta se nobis dignatione con
 cessit . ut loqueretur omnibus &
 ab omnibus uideretur . **A**d illū
 tunc montem sina quicumque
 accessisset & populo praesenti pu
 niebatur interitu . **A**dhunc
 uero montem qui hodie natus est
 mundo . quicumque non accesserit .
 morietur . **E**t tunc quidem
 unus populus erudiebatur ad fidem .
Nunc uero omnes gentes uocantur
 ad uitam . **U**iderunt uenerabi
 les patres nostri innumera magnaq;
 mirabilia . caelam illis angelicas
 torauit osas . dulcia poculce lapis
 durissimus ministravit . **J**or
 dantes . per p̄dem meatum suum re
 tortit in fontem . ualidissimi
 hostium muri . tabarum strepitu
 corruerunt . sol quoque commo
 ratus in caelo . longiorem trium
 phanti populo . prestuit diem .
Hoc uero nullis antea uidere seculis
 datum est . ut unigenitus altis
 simi . quem trementes archange
 lorum suspiciunt potestates . ho
 minem se hominibus exhibere .
Et carnem quam sumpsit ab ho
 mine . transformat & in dñm .
Amplēctere ergo dignationem ma
 iestatis aeternae . et ne archana
 dī tui discutias uoluntatem . quia
 omnibus quidem natus est xps .

sed fidelibus dat salutem .7. Quod
si tibi sensuum tuorum fragilita
te minus dignum uideatur . filium
dei natum de femina credere . uir
ginem cogita peperisse .7. Si tibi
panni quibus obuolutus est fortas
se uilesunt . angelos conlaudantes
& multitudinem caelestis exercitus
admirare .7. Si praesepere in quo
infans iacuit despicias . erige pau
lis per oculos . & nouam in caelo stel
lam protestantem mundo . natiui
tatem dominicam contuere .7.
Si credis uilia . crede mirifica .7. Si
de his quae humilitatis sunt dispa
tas . quae alta sunt . & caelestia uene
rare .7. Hisdem uero frequentibus .
hisdemque auctoribus . de dno saluato
re quae humilia . et quae glorio
sa sunt didicisti .7. Uniuersa quae
ad salutis tuae mysterium pertine
bant . sacra tibi euangelia prodi
derunt .7. Habes in his unde dnm
ihm ut natum hominem credas .
& dnm esse dubitare non possis .7.

**SERMO BEATI MAXIMI
EPI DI NATAL DNI .**

Nuestigabiles humanis sensibus .
dispositiones esse diuinas . ipsa ope
rum diuinitas altitudo testatur .7. Sed
eo magis nobis xpi sunt ueneranda
mysteria . quomagnitudine sui .
capacitatem ingeni mortalis ex
cedunt .7. Et ideo fratres .

cam adnuntiatur nobis sempiternus
ille unigenitus dei patris . cui subiacent
omnia . et per quem creata sunt uni
uersa . sub fine temporum . nasci uo
luisse de femina . infantiam per pati
nostrae carnis subire consortia . tan
tae dignationis gratiam . non debe
mus examinare sed credere . nec dis
cutere . sed mirari .7. Quid enim
est aequius . quid aequum tam congruum .
quam ut in rebus diuinis . omnipoten
tiam magis sequamur dei . quam sapi
entiam mundi .7. Hodie igitur
nobis . sicut decursa euangelii lectio
ne cognouimus . secundum carnem
natus est xps .7. Incipiens quidem esse
quod non erat . sed non desinens esse
quod erat .7. Nec enim natiuitas
hominis . inminuere aut separare in
discretae maiestatis poterat unitate .
Quod si de deo patre processit . ineffa
bilis ac per manens est secretum uni
tatis .7. Quod homo est . natus ex
femina . nostrae salutis est gratia .7.
Illuc gloria naturae . hic mysterium
uoluntatis .7. Quis ergo frater . profun
dum hoc caelestis consilii ualeat aesti
mare . quod immortalitatis dnis . in
corrupteque substantiae . ut condi
tione carnis . mortem suscipere p
mortalibus possit . de femina uero
ro . nulla corporae generationis
lege conceptus . humana uoluit
sub lege prodire .7. Atque hoc ita



ut cum beatamater quae intacta
 conceperat inuoluta proferr& .
 Obuoluitur praeterea pannis . & po
 nitur in presepi . . . Uilitas ista in
 fantis . pr&iosum di est sacramen
 tum . . . In pannis enim nostras in
 firmitates . nostras se in dicat susce
 pisse peccata . . . Quod uero in pre
 sepi . ubi pastus e animalium . sua
 collocari membra permittit . Inae
 ternam ref&tionem . uescendum
 amortalibus suum corpus ostendit .
 Quid illud dicam . quod interras angeli
 ca multitudo descendens . uagien
 tem paruulum gloriosa laude prose
 quitur . . . Stup& enim omnis crea
 tura . tam grande miraculum . quod
 anis idemque & di regnat in caelo .
 & homo nutritur in terra . . . Cuius
 mysterii beatus dauid adnuntians
 nouitatem . omne hominum genus
 ad concentum cantici spiritalis in
 uitat dicens . . . Cantate dno can
 ticum nouum . cantate dno omnis
 terra . . . Quidam nouum km .
 quam quod omnipotens . maiestatis
 immense . patri coaeternus . et
 perp&ui regni dnf . ad infirmitates
 corporeas & humilitatem se incli
 nauit humanam . . . Quidam no
 uum . quam ut in concipiente & par
 turiente femina . inlesa uirginitas
 permaner& . . . Et reuera saluato
 rem mundi decebat ingressus . ut

qui humani generis ueniebat p&e
 cata mundare . p&cc&eris mundus
 nasceretur . . . Bene & iam prophe
 ta subiunxit . Cantate dno omnis
 terra . . . Cui enim alii omnis
 deb& cantare terra . nisi qui uni
 uerso terrarum orbi delictorum
 ueniam . & spem sempiternae
 salutis inuexit . . . Magnificemus
 ergo frs . dnm ac dm nostrum .
 psallamus ei atq; cantemus . . .

Dignum est enim ut eorum prae
 cipue laudibus honoretur . quos
 proptu corporis passione . & san
 guinis sui effusione saluauit . . .

**ITEM SERMO BEATI MAXI
 MI EPI DE NATAL DNI .**

Naduentu dominico frs km . cui
 honorem debitum praesenti festiui
 tate deserimus . multimoda caeles
 tium mysteriorum gratia reuela
 tur . . . Hodie enim . hoc est in fine
 temporum . editus est ille . cuius
 aeternitatem . nulla seculorum tem
 pora comprehendunt . . . Hodie
 caeli terrarumq; dnf . pro libertate
 seruorum . formam induit serui
 tutis . . . Hodie noua feminei se
 xus gloria peperit uirgo . . . Et qd
 uniuersa nobiscum creatura mira
 tur . . . Natus e homo non per homine
 procreatus . sed quamuis nouum ai
 deatur . Non tam incredulum . quod
 xps in utero mariae sine generante

XI.

conceptus est · quidē dō patre sine
conceptione processit · Quodē
dī est · solius patris est unigenitus ·
Quod homo est · solius matris est filius ·
Atque ideo illum · qui ex patre dī est
et ex matre homo · hoc est dñm & homi
nem · unum dñm confitemur ·
Hoc autem totum factum est · ut & dī
per carnem hominis · mysterium salu
taris suscipere & passionis · Et homo
per uirtutem dī · aeternitatis suae
recipere & dignitatem · Nasitur
itaque xps · & maria · ut & sexus fe
minicus hominem dare · et dñm pro
dere & integritas uirginalis · Nas
citur xps & femina · ut sicut adam
decipientem per eam diabolum non
potuit praecauere · ita diabolus ad
uentantem per mariam dñm · non
deprehendere & esse presentem ·
Parturit igitur femina salutem mun
di · ut quae ex tunc erat fomes iniquita
tis · fieret ministra iustitiae ·
Et per quam mors sibi in hunc man
dum aditum pate fecit · per eam
ad nos uita haberet ingressum ·
Atque ut ostenderet creator humani
generis · utriusque se sexus curam
habere · Et utrumque se uelle salua
re · uir nascitur & procedit ex fe
mina · Quatenus aduertemus ·
nullam esse apud dñm · inter uirum
ac feminam · in percipienda salute
distantiam · Car autem non tota

deuotione credamus salutarem pue
ram nasci potuisse de uirgine ·
qui per factum hominem credimus
de puluere fuisse formatum ·

Exultemus ergo fr̄s & laetemur · cele
brantes natalem dñi nostri ihu xpi ·
quia in eius natuitate nos omnes
natos sentimus ad uitam · Factus
est enim homo · ut non sibi uiuere
qui auctor est uitae · sed ut morte sua
uitam redimeret mortuorum ·

Tantis enim uinculis humanum genus
uinxerat inimicus · tantaque nos
mole immanium presserat peccatorum
ut nullus esset reditus ad salutem ·
Nisi nasceretur ille · qui uitae pro
pria aditum possit redire per mortem ·

ITEM DE NATALE DÑI · LĒ SĒI EYĀ SĒC LUCAM ·

In illo tempore · **E**x ut edictum
iacobae augusto · ut describeretur uniuersus
orbis · haec descriptio prima facta
est · a preside syriae cirino · Et ibant
omnes ut profiterentur · singuli in suam ci
uitatem · Ascendit autem · et ioseph
agalilea de ciuitate nazareth · in iudeam
ciuitatem dauid · quae uocatur bethleem ·

Go quod esset de domo & familia dauid · ut
profiteretur cum maria desponsata ·
uxore pregnante · Factum est autem
cum essent ibi · implerentur dies ut pa
reret · et peperit filium suum primogeni
tum · & pannicula inuoluit · & reclinauit in
sepulchro quia non erat locus in diuersorio ·

et reliqua ·

59
OMEL BEATI GREGORI
PAPAE DE IANDEM LECTIÖN



LARGI

ENTE DÑO.

missarum solle

nia ter hodie

cælebraturisü

mus. loqui diu de

euangelica lectione

non possumus. Sed nos aliquid

uel breuiter dicere. redemptoris

nostri natiuitas ipsa com pellit.

Quid est quod nascituro dño man

dus describitur. Nisi hoc quod aper

te monstratur. Quia ille appa

rebat in carne qui electos suos ad scri

beret in æternitate. Quo contra

dereprobis per prophetam dicitur.

Deleantur de libro uiuentium. Et

cum iustis non scribantur. Qui

bene etiam in bethleem nascitur.

Bethleem quippe. domus panis in

terprexatur. Ipse namque est

qui ait. Ego sum panis uiuus.

qui de caelo descendi. Locus ergo

in quo dñs nascitur. domus panis

ante uocatus est. quia futurum

profecto erat. ut ille ibi per materia

carnis appareret. qui electorum

mentes. interna facieitate reficeret.

Qui non in parentum domo. sed in uia

nascitur. ut profecto ostenderet.

quia per humanitatem quam ad su

pererat. quasi in alieno nascebatur.

Alienum uidelicet. non secundum

potestatem dico. sed secundum natu

ram. Nam de potestate eius

scriptum est. In propria uenit.

In natura etenim sua. ante tempora

natus est. In nostra uenit exem

pore. Qui ergo æternus per

manens. temporalis apparuit. alienum est

ubi descendit. Et quia per prophetam dicitur.

Omnis caro foenum. factus homo

foenum nostrum uestit in frumen

tum. Qui de semetipso ait.

Nisi granum frumenti cadens

in terram mortuum fuerit. ipsu

solum manet. Unde & natus

in praesepio reclinatur. ut fideles

omnes. uidelicet scã animalia.

carnis sue frumento reficeret.

Ne ab æternæ intelligentiæ pa

bulo. ieiuna remanerent.

Quid est hoc. quod uigilantibus

pastoribus angelus appareret.

eosque di claritas circum fulsit.

Nisi quod illi praecederet uidere sub

limia mererent. Qui fidelibus

gregibus pre esse solliciti sciunt.

Quumque ipsi pie super gregem ui

gilant. diuina super eos gratia

largius coruscat. Regem uero

natum angelus nuntiat. eius

que uoci. angelorum uoces conci

nunt. Et congaudentes clamant.

Gloria in excelsis dō. Et in terra

pax hominibus bonae uoluntatis . . . Prius quippe quam redemptor noster per carnem naceretur . . . discordiam cum angelis habuimus . . . Aquorum claritate atque munditia . . . per primae culpa meritum . . . per cotidiana delicta ^{longe} distabamus . . . Quia enim peccando extranieramus ad deum . . . extraneo nos a suo consortio deputabant angeli ciues dei . . . Sed quia cognouimus regem nostrum . . . recognouerunt nos angeli ciues suos . . . Quia enim rex caeli terram nostrae carnis adsumpsit . . . Infirmi-
tatem nostram . . . illa iam angelica celsitudo non despiciet . . . Ad pacem nostram angeli redeunt . . . intentionem prioris discordiae post ponunt . . . Et quos prius infirmos abiectosque despexerant . . . iam socios uenerantur . . . Hinc est enim quod loth. & iosue . . . angelos adorant . . . nec tamen adorare prohibentur . . . Iohannes uero in apocalipsi adorare angelum uoluit . . . sed tamen uidem hunc angelum . . . ne se debeat adorare . . . comperit dicens . . . Vide ne feceris . . . conseruus enim tuus sum . . . et fratrum tuorum . . . Quid est quod ante redemptoris aduentum . . . angeli ab hominibus

adorantur & tacent . . .

Post modum uero adorari refugunt . . . nisi quod naturam nostram quam prius despexerant . . . postquam hanc super se adsumpta conspiciunt . . . prostratum sibi uidere pertimescant . . .

Nec iam sub se uelut infirmam contemnere ausi sunt . . . quam super se uidelicet in caeli rege uenerantur . . .

Nec habere dedignantur homine socium . . . qui super se adorant hominem deum . . .

Curemas ergo fratres karissimi . . . nequanos immunditia polluat . . . qui in aeterna praesentia ^{praesentia} & diuina . . . & angelis suis aequales sumus . . .

Uindicemus moribus dignitatem nostram . . . Nulla nos luxuria inquinat . . . nulla turpis cogitatio accuset . . . Non malitia mentem mordeat . . . Non inuidiae rubigo consumat . . .

Non elatio inflet . . . Non ambitio per terrena oblectamenta dilanet . . .

Quia et enim uocati sunt homines . . .

De fende ergo tibi homo contra uitia honorem dei . . . quia propter te factus est deus homo . . .

LECT. S. E. S. E. S. LUCAM.

In illo tempore. Pastores loqueban-
tur adinuicem. Transimus usque in beth-
leem. & uideamus uerbum quod factum
est. quod dñs ostendit nobis. Et reliq.

XXV. OMET. UENERABE. BEDAE.
PRBI. DE EADE. LECTIONE.

Nato in bethleem dño saluatore. sicut
sacra euangelii testatur historia.
pastoribus qui in regione eadem erant
uigilantes uigilias noctis super gregem su-
um. angelus dñi magna cum luce appa-
ruit. **E**xortumq; mundo solem iusti-
tiae. non solum caelestis uoce sermonis.
uerum etiam claritate diuinae lucis
astruxit. **N**usquam enim in tota uete-
ris instrumenta serie repperimus ange-
los qui tam sedulo apparuerit patribus.
cum luce apparuisse. **S**ed hoc priui-
legium. recte hodie no tempore serua-
tum est. quando exortum est in tene-
bris lumen rectis corde. misericors & mi-
serator dñs. **V**erum ne parua unius
angeli uidere aut auctoritas. post qua
unus sacrum uentum nouae natiuitatis
edocuit. statim multo caudo caelestium
agminum. quae gloriam dō caneret.
pacem q; simul hominib; predicaret ad-
fuit. **A**perite demonstrans. quia per
hanc natiuitatem. homines ad pacem
unius fidei. spei & dilectionis. atq; ad
gloriam diuinae laudationis essent
conuertendi. **S**ignificant autem
mystice pastores isti gregum. docto-

res quosque ac rectores fidelium
animarum. **N**ox cuius uigilias
custodiebat super gregem suum. pe-
ricula temptationum indicat. **A**qui-
bus se suosq; subiectos. **O**mnēs qui p-
fecte uigilant custodire non desistunt.
Et bene nato dño. pastores supra gregem
uigilant. ille & enim natus est qui di-
cit. **E**go sum pastor bonus. bonus
pastor. animam suam dat pro ouibus
suis. **S**ed & tempus imminebat. quo
idem pastor summe bonus. misissim-
mum dum pastoribus. oues suas quae
longe lateq; dispersae erant. ad
semper uidentia caelestis uitae pas-
cia reuocaret. **Q**uorum summo
pastori praecipit. **S**idiligis me. pasce
oues meas. **Q**uod aperiens ait.
Confirma fratres tuos. **E**t factum
est ut disces serunt ab eis. angeli in caelu
pastores loquebantur adinuicem.
Transimus usque bethleem. & uidea-
mus hoc uerbum quod factum est.
quod fecit dñs & ostendit nobis. **E**t
uenerunt festinantes & inuenerunt
mariam & ioseph & infantem posi-
tum in praesepio. **P**astores quide
illi. felici gaudio festinauerunt uidere
quod audierant. **E**t qui ardenti
amore quae fierunt. **C**ontinuo salua-
torem quem quae fierunt inuenire
meruerunt. **S**ed intellectualium
pastores gregum. innocenti fide-
les. quia mentis industria xpm quae

retere debeant / dictis pariter suis of-
tenderunt & factis. **T**ranseamus
inquit usq. bechleem & uidea-
mus hoc uerbum quod factum est.
Transeamus ergo & nos fratres km̄i co-
gitando usq. bechleem ciuitatem da-
uid & recolamus amando atq. eius
incarnationem dignis celebremus ho-
noribus. **T**ranseamus abiectis concu-
piscencijs carnalibus toto mentis desi-
derio usq. bechleem supernam idest
domum panis uiui non manufactam
sed aeternam in celis. **E**t recola-
mus amando quia uerbum caro fac-
tum est. **I**lluc carne ascendit. ibi
index terra di patris sedet. illuc eum
tota uirtutum instantia sequamur.
& sollicita cordis accorporis castigatio-
ne procuremus. **U**t quem illi in praesepio
uidere uagientem. Nos in patris
solio mereamur uidere regnantem.
Et uideamus inquit hoc uerbum quod
factum est. **Q**uam recta & pura
fidei sc̄ae confessio. **I**n principio e-
rat uerbum & uerbum erat apud d̄m
& d̄s erat uerbum. **H**oc uerbum
natum ex patre non factum est quia
creatura d̄s non est. **A**natiuitate
diuina uideri ab hominibus non potuit.
sed ut uideri possit. uerbum caro fac-
tum est & habitauit in nobis. **V**i-
deamus ergo inquit hoc uerbum
quod factum est quia ante quam fac-
tum esset hoc uidere nequiuimus.

Quod fecit d̄s & ostendit nobis. **Q**uod in
carnari fecit d̄s & per hoc uisibile
nobis exhibuit. **E**t uenerunt festi-
nantes & inuenerunt mariam & ioseph
& infantem positum in praesepio.
Venerunt pastores festinantes & inue-
nerunt d̄m hominem natum simul
& eiusdem natiuitatis ministros.
Festinemus & nos fr̄i mei non passi-
bus pedum sed bonorum profectibus
operum uidere eandem gloriositatem
humanitatem cum eisdem ministris
digna seruitutis suae mercede remu-
neratis. **F**estinemus uidere illam
indiuina patris ac sua maiestate ful-
gentem. **F**estinemus inquam. **N**am
tanta beatitudo non cum desidia ac cor-
pore quaerenda sed alacriter sunt
xpi sequenda uestigia. **N**am ipse
cur sum n̄m data manu uiuare desi-
derat delectaturq. uobis audire.
Trahe me post te cur remus in odore
unguentorum tuorum. **C**itius er-
go uirtutum gressibus sequamur.
ut mereamur consequi. **N**emo tar-
det conueru ad d̄m. **N**emo differat
dedie in diem. ipsum per omnia &
ante omnia precantes. ut gressus
n̄ros dirigat secundum eloquium suū
& non domine tur n̄r̄i omnis iniusticia.
Videntes autem cognouerunt de uerbo
quod dictum erat illis de uero hoc.
Et nos fratres d̄m̄ quae dicta sunt
nobis de saluatore n̄ro d̄o uero & homi-

ne inter i pia fide percipere . plena
dilectione festinemus . unplecti . uel
in futuro perfectae cognitionis in su
conprehendere ualeamus . Haec &
enim sola uera est beatorum . non so
lum hominum sed angelorum uita .
faciem ppetuo sui cernere creatoris .

Quam desiderabat ardentem psalmista
qui dicebat . sicut anima mea ad
dm uiuum . quando ueniam & parebo
uite faciem di . Cuius solius in sio
ne . Non autem ulla terrenarum re
rum affluentia desiderium suum sa
tari posse signauit . cum ait . Sati
abor dum manifestabitur gloria tua .

Verum quia non otiosi ac desid . sed
uita uiam operibus insudantes . diuina
contemplatione sunt digni . sollicitae
pae misit . Ego autem cum iusti
tia ap parebo in conspectu tuo . Ui
dentes ergo pastores . cognouerunt
de uerbo quod dictum erat illis de xpo .

Quia uisio di cognitio eius est . Et haec
est sola beata hominis uita . ipso dicen
te ac testante . qui nos patri com men
datis dicit inter alia . Haec est au
t uita aeterna . ut cognoscat te esse
uerum & unum dm . & quem misit
ihm xpm . Et omnes qui audie
runt mirati sunt . & de his quae dic
ta erant a pastoribus ad ipsos . Non
cela uere silentio pastores arcana
quae diuinitas agnouerunt . sed quib
cumque potuerit dicebant . Quia

56
& spirituales ecclesiae pastores . in hoc
maxime sunt ordinati . ut uerbi di mys
teria pae dicent . & mira quae in scrip
turis didicerint . miranda suis audito
ribus ostendant . Non solum pas
tores episcopi . presbiteri . & diacones .
uel etiam rectores monasteriorum
sunt intellegendi . sed & omnes fide
les qui uel paruulae suae domus cus
todiam gerunt . pastores recte uocari
tur . in quantum eidem suae domui
sollicita uigilantia pae sunt . Et
qui cum que urm . saltem un aut duo
bus fratribus cotidiano regimine pre
est . pastoris eiusdem debet officium
implere . quia in quantum sufficit .
pascere hos uerbi dapibus iubetur .
Immo unus quisq; urm frs . qui & iam
priuatus uiuere creditur . pastoris
officium tenet . & spiritalem pascit
gregem . uigiliasq; noctis custodit
supra illam . si bonorum actuum cogi
tationumq; munda rum sibi ad gregem
multitudinem . haec iusto moderami
ne gubernare . caelestibus scripturis
rum pascuis nutrire . & per uigili sol
licita contra immundorum spirituum
insidias seruare contendit . Maria
autem conseruabat omnia uerba haec .
conferens in corde suo . Maria
uirginalis pudicitiae uita custodiens .
secreta xpi quae nouerat . nemini di
uulgare uolebat . sed ipsum haec quan
do uellet & quomodo uellet . diuulgare

reuerenter expectabat. Ipsa autē
eadem secreta ore tacito uigiliter
corde sedula scrutabatur. Et hoc
est quod ait. Conferens in corde suo.

Conferabat quippe ea quae acta uide
bat. his quae agenda legerat. Vide
bat namque se de stirpe dauid ortam
in nazareth. de spū scō filium dī conce
pis se. Legerat in propheta. Iniet
uirga de radice iesse. & nazareus de ra
dice eius ascendet. & requiescet super
eum spūs dñi. Legerat. & tu bethle
em estata. paruulus es in milibus iuda
ex te mihi egredietur quisit domina
tor misit. Et egressus eius ab im
itio adiebus aeternitatis. Videbat
se in bethleem peperisse dominatōrē
isrl. quia aeternus ex patre dī ante
saecula natus est; uidebat se uirgi
nem concepis se. peperisse filium. &
uocasse nomen eius ih̄m. Lege
rat in prophetis. Ecce uirgo conce
piet & pariet filium. & uocabitur no
meneius emmanuel. Legerat.
bos cognouit possessorem suum
& asinus praesepe dñi sui. Videbat
dñm positum in praesepe. quo bos &
asinus solet nutriendus aduenire.

Meminerat sibi dictum ab angelo.
spūs sc̄s super ueniet in te. & uirtus
altissimi obumbrabit tibi. ideoque
quod nascetur ex te sc̄m. uocabitur
filius dī. Legerat modum natiui
tatis eius. non nisi angelo reuelante

potius se cognosci. Dicente esaiā.
Generationem autem eius quis enarra
bit. Legerat. & tu turris gregis ne
bulosa. filiae sion usque ad te ueniet.
& ueniet potestas prima regnum fili
ae hierusalem. Audiebat angelicas
uirtutes quae sunt filiae supernae
ciuitatis apparuit se pastoribus. in loco
qui a conuentu pecorum antiquitus
turris gregis uocabatur. Et est
uno miliario ad orientem bethleem.
ubi & iam nunc tria pastorum illorum
monumenta in ecclesia monstrantur.

Nouerat tunc uenisse in carne dñm. cui
una & aeterna est cum patre potestas.
qui regnum daret ecclesiae. filiae sci
licet caelestis hierusalem. Confer
bat ergo maria ea quae fienda legerat.
cum his quae iam facta cognouit. non
haec tamen ore promens. sed clauso ser
uans in corde. Et reuersi sunt pas
tores glorificantes & laudantes dñm.
in omnibus quae audierant & uiderant.
sicut dictum est ad illos. Discamus
& nos fr̄s km̄. a contemplatione domi
nicae dispensationis. qua nobis pie sub
uenire dignatus est. ad agendas sem
per beneficis eius gratias reuer ti.
Sic enim illi sola adhuc natiuitate eius
cognita. Reuersi sunt glorificantes &
laudantes dñm in omnibus quae audie
rant & uiderant. Quanto magis oportet
nos. qui totam incarnationis illius
seriem ex ordine cognouimus. qui sa

cramentis illius inbuti sumus. in omni-
 bus gloriis eius a laudem. non solum
 uerbo sed etiam factis praedicare.
 Neque unquam obliuisci quod ideo dñs.
 homo natus est. ut nos ad imaginem
 & similitudinem suae diuinitatis renas-
 cendo reficeret. Ideo baptizatus aqua
 ut nostrorum ablutionem scelerum. om-
 nium fluentia secundaret aquarum.
 Ideo temptatus inheremo. ut uincendo
 temptatorem. Nobis quoque uincendi
 peritiam uis autemque tribueret.
 Ideo mortuus. ut mortis destrueret
 imperium. Ideo surrexit & ascen-
 dit in caelum. ut nobis resurgendi a
 mortuis. atque in caelestibus prope tuo
 regnandi. spem exemplumque prae-
 beret. Pro quibus singulis reuer-
 si ad inuicem purissime dispensatio-
 nis eius. glorificemus & laudemus
 ipsum dñm ac dñm nr̄m ih̄m xp̄m. qui
 uiuit & regnat cum patre in unitate
 sp̄s sc̄i. pro omnia saecula saeculorū. Amen.

HIC S̄CI IYAN̄ S̄IC IOHAN̄N̄I.

In principio erat uerbum. & uerbum erat
 apud dñm. & dñs erat uerbum. Hoc erat
 in principio apud dñm. Omnia per ipsum fac-
 ta sunt. & sine ipso factum ē nihil. Et reliq̄.

**ITEM OMEL VENERABI-
 LIS BEDAE PR̄BI. DE EADĒ
 LECT. IN NATALE DÑI.**

Quia temporalem mediatoris dñi.
 & hominum hominis ih̄u xp̄i.
 natiuitatem quae hodie na-

die facta est. sc̄orum uerbis euan-
 gelistarum. mathei uidelicet & luce.
 manifestatam cognouimus. libet
 etiam de uerbi idest diuinitatis eius
 eternitate. in qua patri manet sem-
 per. equalis. beati iohannis euange-
 listae dicta scrutari. Qui singula-
 ris priuilegio meruit castitatis. ut ce-
 teris altius diuinitatis ipsius caperet.
 simul & patefaceret arcana. Ne-
 que enim frustra in caena supra pectus
 dñi ih̄u. recubuit se perhibetur. sed
 per hoc typice docetur. quia caelestis
 haustum sapientiae. ceteris excellen-
 tius. de seissimo eius dem pectoris fon-
 te potauerit. Vnde & merito in si-
 gura quae tuor animalium. aquilae
 uolanti comparatur. Cunctis quip-
 pe aibus aquila celsius uolare. cunc-
 tis animantibus. clarius solis radiis in-
 figere consueuit obtutus. Et ceteri
 euangelistae. quasi in terra ambulante
 cum dño. qui temporalem eius gene-
 rationem. pariter & temporalia facta
 sufficienter exponentes. pauca de di-
 uinitate dixerunt. Hic autem qua-
 si ad caelum uolat cum dño. qui per pau-
 ca de temporalibus eius actis edisserens.
 aeternam diuinitatis eius potentiam.
 per quam omnia facta sunt. sublimius
 mente uolando. & limpidius specularan-
 do cognouit. ac nobis cognoscendam
 scribendo contradidit. Ergo alii
 euangelistae xp̄m ex tempore natum

describunt. Iohannes eundem in prin-
cipio fuisse testatur dicens. In prin-
cipio erat uerbum. Alii inter homi-
nes eum subito apparuisse commemo-
rant. Ille ipsum apud dñm semp fuisse
declarat dicens. Et uerbum erat apud
dñm. Alium uerum hominem ille
uerum confirmat esse dñm dicens. Et
dñs erat uerbum. Alii hominem eum
apud homines temporaliter conuersatum
ille dñm apud dñm in principio manentem
ostendit dicens. Hoc erat in principio
apud dñm. Alii magna que in homi-
ne gessit perhibent. Ille quod omne
creaturam uisibilem & inuisibilem per
ipsum dñs pater fecerit docet dicens.
Omnia per ipsum facta sunt & sine ipso
factum est nihil. Et mire beatus
iohannes initio euangelii sui de diuinitate
saluatoris & fidem recte credentium sub-
limiter imbuat & hereticorum perfi-
diam potenter exsuperat. Fuere
namque heretici qui dicerent. Si er-
go natus est xps. erat tempus quando
ille non erat. Quos primo sermone
redarguit cum ait. In principio erat
uerbum. Neque uero ait. In princi-
pio coepit esse uerbum. ut uidelicet eum
non ex tempore ortum. sed in exoritu
temporum existentem. ac per hoc sine
ullo temporis initio de patre natum mon-
straret. iuxta quod ipse loquitur in pro-
uerbiis. Dñs possedit me initio iua-
rum suarum. Ante quam quicquam

faceret a principio. ab aeterno ordina-
tus sum. Item fuerunt heretici.
qui tres scie trinitatis personas esse
negantes dicerent. Idem dñs quando
uult pater est. Quando uult filius est.
quando uult sps scs est. Ipse tamen
unus est. Quorum destruens erro-
rem subiungit. Et uerbum erat apud
dñm. Si enim aliud apud alium erit.
duo sunt profecto pater & filius. & non
unus ipse modo pater modo filius modo
& uen sps scs est. quasi mutabilis sit diu-
inae substantiae natura. Cum aper-
tissime iacobus dicat apostolus. Apud
quem non est transmutatio. nec uicissitu-
dinis obumbratio. Item fuere qui-
dam prauis dogmatibus auctores. qui xpm
hominem tantum confitentes. dñm pro-
sus esse non crederent. Quos conse-
quenter obprimit cum ait. Et dñs
erat uerbum. Fuere alii qui dñm
quidem illum sed ex tempore incarna-
tionis factum. Non autem aeternum
ante saecula natum a patre putarent.
Vnde quidam talium dixisse commemo-
ratur. Non in uideo xpo factum do-
qm & ego si uolo possum fieri secundum
ipsum. Et horum nefandam refel-
lit sententiam euangelista cum ait.
Hoc erat in principio apud dñm. Idest
hoc uerbum quod dñs est. non ex tempo-
re coepit. sed in principio erat dñs apud
dñm. Item fuere ueritatis inimici qui
xpm & uice partum uirginis fuisse

iam non negarent. Non tamen natū
 ex patre dñi sed factum a patre & ideo
 minorem patre quia creaturam cre-
 derent. Etiam hos damnat euan-
 gelicus sermo qui dicit. Omnia
 per ipsum facta sunt & sine ipso
 factum est nihil. ¶ Si enim nihil
 creaturarum sine ipso factum est.
 patet profecto quia ipse creatura
 non est. per quem omnis creatura
 facta est. Et ne quis audiens fac-
 tam per dñm creaturam. mutabilem
 crederet eius uoluntatem. Quasi
 qui subito uellet facere creaturam
 quam ab aeterno numquam antese-
 cisset. Manifeste docet euange-
 lista. factam qui dem in tempore cre-
 aturam. sed in aeterna creatoris sapi-
 entia. quando & qualis crearetur
 semper fuis se dispositam. Et
 hoc est quod ait. Quod factum est
 in ipso uita erat. Id est quod factū
 in tempore. siue uiuum. siue uita ca-
 rens apparuit. Omne hoc in spirita-
 li factoris ratione. quasi semper iuxerat
 & uiuit. Non quia coaeternum est
 creatori quod creauit. sed quia coaeter-
 na est illi ratio uoluntatis suae. in qua
 ab aeterno habuit & habet. quid &
 quando crearet. Qualiter creatū
 gubernet ut maneat. ad quem finem
 singula quae creauit perducant.

¶ms//

SEQUITUR. Et uita erat lux hominū.
 Quo uerbo aperte docetur. quod ipsa

uitalis ratio per quam omnia disposi-
 ta sunt & reguntur. Non omnem crea-
 turam. sed rationabilem tantum ut sa-
 pere possit inluminat. Homines
 namq. qui ad imaginem di facti sunt p-
 cipere sapientiam possunt. animalia
 non possunt. Sed & animalis quicū-
 q. est homo. non percipit ea quae sunt
 sps di. Vnde bene cum dixisset.
 Et uita erat lux hominum. Subiunxit
 & de his qui ab humanae conditionis ho-
 nore procul recedentes. Comparati sunt
 iumentis insipientibus. & similes facti
 sunt illis. Atq. ideo certe ueritatis lu-
 ce priuantur. Et lux inquit in ce-
 nebris lucet. & tenebrae eam non com-
 prebenderunt. Lux quippe est
 hominum xps. qui omnia quae inlu-
 minari merentur corda hominum.
 suae praesentia cognitionis inlustrat.
 Tenebrae autem stultis sunt & iniqui.
 quorum caeca precordia. lux aeternae
 sapientiae. qualia sint manifeste cog-
 noscit. Quamuis ipsos radios eiusdem
 lucis. nequaquam capere per intelle-
 gentiam possint. Ueluti si quislibet
 caecus uisitare solis offundatur. nec
 tamen ipse solem cuius lumine per-
 funditur aspiciat. Sed non tamen
 tales omnino superna pietas despexit.
 Uerum medelam eis salutis qua ad ui-
 dendam lucem peruenire possent ad-
 hibuit. Ipsa lux inuisibilis. ipsa di
 sapientia. carne in qua uideri posset

induta est. . . Quae in hominis habi-
tu apparet & loquens hominibus .
paulatim fide purificata eorum corda
ad cognitionem suae diuinae uisionis
proueheret . . . Mis sus est ante illum
homo magni meriti . cuius testimonio
parareatur omnes ad audiendam mox
ut apparet ipsam di sapientiam . ad
uidendum ipsam solem iustitiae . nabe-
iam corporis cecum ; Idest ad uiden-
dum audiendum que hominem quid sit
esset . plenum gratiae & ueritatis . .

Fuit inquit homo mis sus ad dno cui no-
men erat iohannes ; hic uenit in testi-
monium . ut testimonium pberet
de lumine . ut omnes crederent per
illum . Non ait ut omnes crederent
in illum ; maledictus enim homo qui
confidit in homine . & ponit carnem
brachium suum . sed ut omnes inquit
crederent per illum . Hoc est per
illius testimonium crederent in lucem .
quam necdum uidere nouerant . dnm
uidelicet ihm xpm qui de se ipso tes-
tatur . 7 Ego sum lux mundi . qui
sequitur me non ambulat in tenebris .
sed habebit lumen uitae . . SEQUITUR .

Non erat ille lux sed ut testimonium p-
beret de lumine ; Erat lux uera quae
inluminat omnem hominem uenientem
in hunc mundum . . Et sci quidem ho-
mines lux sunt recte uocati dicente
ad eos dno . uos estis lux mundi . Et
apostolo paulo . Fuisstis aliquando

tenebrae . nunc autem lux in dno . .

Sed multum distat inter lucem quae in-
luminatur . & lucem quae inluminat .
Inter eos qui participatione uerae lucis
accipiunt ut luceant . Et ipsam lucem
per se tuam quae non solum lucere in
se ipsa . sed sua praesentia quoscum que-
at agere inlustrare sufficit . . Ad-
uis comparationem uerae lucis . non tan-
tum minores quilibet . uerum etiam
ipse iohannes quo maior inter natos
mulierum non surrexit . lux non esse
asseritur . ut uidelicet xps non esse
quod putabatur monstraretur . Ille
enim ut scriptum est . Erat lucerna
ardens & lucens . . Ardens scilicet
fide & dilectione . Lucens uerbo & ac-
tione . . Gratiam uero lucis pectori-
bus infundere . solius est eius de quo
dicitur . . Erat lux uera quae inlu-
minat omnem hominem uenientem
in hunc mundum . . Omnem uide-
licet qui inluminatur . siue naturali
ingenio . seu sapientia diuina . . Si-
cut enim nemo a se ipso esse potest .
ita etiam nemo a se ipso sapiens esse
potest . sed illo inlustrante de quo
scriptum est . . Omnis sapientia ad dno
est . . Cuius utramque naturam
& diuinam uidelicet qua semp ubiq
totus manet . & humanam ex qua in
tempore natus loco inclusus apparuit .
consequenter euangelista describit di-
cens . . In mundo erat & mundus per

ipsum factus est. & mundus eum non
cognouit. In propria uenit. & sui
eum non receperunt. In mundo
quippe erat & mundus per ipsum fac-
tus est. quia deus erat. quia totus ubique.
quia suae praesentiae maiestatis. sine
labore regens. & sine onere continens
quod fecit. Et mundus eum non
cognouit. quia lux in tenebris lucet.
et tenebrae eam non comprehen-
derunt. Mundum namque hoc loco
dicitur homines mundi amore decep-
tos. atque inherendo creaturae ab-
agnoscenda creatoris sui maiestate
reflexos. In propria uenit. quia
in mundo quem per diuinitatem fecit
per humanitatem apparuit. In pro-
pria uenit. quia in gente iudaea qua
sibi praesentiae ceteris nationibus specialis gra-
tia copulauerat. incarnari dignatus
est. In mundo ergo erat. & in mun-
do uenit. In mundo erat per diui-
nitatem. In mundo uenit per incar-
nationem. Uenire quippe uel abire
humanitatis est. Manere diuinitatis.
Quia ergo cum in mundo esset per diui-
nitatem. mundus eum non cognouit.
dignatus est uenire in mundum per
humanitatem. ut uel sic eum mundus
cognosceret. Sed uideamus quid
sequitur. In propria uenit. & sui
eum non receperunt. Quem enim im-
potentia detentis cuncta creaturam regen-
temque non cognouerant. ipsum in-

59
carnis infirmitate miraculis corus-
cantem recipere noluerunt. Et
quod grauius est. sine eum non recepe-
runt. Homines scilicet quos ipse
creauit. iudaei quos peculiarem sibi
elegerat implebem. quibus suae cogni-
tionis reuelauerat arcanum. Quos
mirificis pactum glorificauerat actis.
quibus suae legis doctrinam contulerat.
Ex quibus se in carnis mundum promiserat.
Et in quibus se in carnatum ut promise-
rat ostendit. Ipse eum recipere ueni-
entem. magna ex parte recusarunt.
Neque enim omnes recusarunt. Alio-
quin nullus esset saluus. Nunc
autem multum ex utroque populo
credendo receperunt. De quibus e-
uangelista consequenter insinuat di-
cens. Quos quidem autem receperunt
eum. dedit eis potestatem filios
dei fieri. his qui credunt in nomine eius.
Consideremus fratres karissimi. quanta gratia
redemptoris nostri. quam magna sit mul-
titudine dulcedinis eius. Unicus ex pa-
tre natus est. & noluit remanere unus.
Descendit ad terram. ubi sibi quibus
regnum patris suum dare posset adqui-
reret. Deus ex dono natus est. Et noluit
diuinitatem filius manere. hominis
quoque filius fieri dignatus est. Non a-
mitte. tenens quod erat. sed assumens quod
non erat. ut per hoc homines in di-
filios transferret. gloriaeque suae fa-
ceret coheredes. Qui quod ipse semp

habebat per naturam inciperent
habere per gratiam. Consideremus
quanta uirtus est fidei cuius
merito potestas datur hominibus fi-
lios dei fieri. Vnde bene scriptum est
quia iustus ex fide uiuit. Viuit enim
iustus ex fide non illa quae labiorum
tantum confessione profertur sed
ea quae per dilectionem operatur.
Alioquin fides si non habeat opera mor-
tua est in semet ipsa. Nullus se ip-
sum despiciat. Nullus de sua salute
desperet. Curramus omnes curra-
mus singuli ut queramus longe
mereamur fieri prope in sanguine christi.
Videamus quod dicitur. Quia quot
quot receperunt eum dedit eis potes-
tatem filios dei fieri. Quot quot in-
quit receperunt. Non est enim
per sonarum acceptor dei sed
in omni gente qui timet eum & ope-
ratur iustitiam acceptus est illi.
Quo autem ordine credentes filii dei
possunt fieri. Et quantum haec ge-
neratio a carnali distet. subsecutus
euangelista designat. Quia non ex
sanguinibus inquit neque ex uolunta-
te carnis neque ex uoluntate uiri sed
ex dono nati sunt. Carnalis quippe
nostra singulorum generatio ex san-
guinibus id est ex natura maris &
feminae ac complexu coniugum duxit
originem. At uero spiritalis spiritus
sacri gratia ministratur. Quia a carna-

li distinguens dominus ait. Nisi quis
renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto non
potest introire in regnum dei. Quod
natum est ex carne caro est. quod
natum est de spiritu spiritus est. Verum
ne quis hominum dubitet filium sed
& coherede deo christi posse fieri. dat ex
emplum euangelista. Quia et ipse
filius dei homo fieri et inter homines
habitare dignatus est. ut humanae
particeps existendo fragilitatis. homi-
nes diuinae uirtutis suae donaret
esse participes. Et uerbum caro
factum est & habitauit in nobis.
Quod est dicere. & filius dei homo factus
est & inter homines conuersatus est.
Solet namque scriptura modo animae
modo carnis uocabulo totum desig-
nare hominem. Animae uidelicet
ut scriptum est. Quia descendit
iacob in aegyptum. manum abus sep-
tuaginta. Carnis uero uertus sus-
scriptum est. Et uidebit omnis
caro saluata redi. Neque enim uel
animae sine corporibus in aegyptum
descendere. uel caro sine anima ui-
dere aliquid potest. Sed hic per
animam totus homo ibi signatur
per carnem. Sic ergo hoc loco
quod dicitur. Et uerbum caro fac-
tum est. nihil aliud debet intel-
ligi quam si diceretur ait. & deus homo
factus est. Carnem uidelicet in-
duendo & animam. Ut sicut quisque

60
nostrum unus homo ex carne con-
stat & anima. Ita unus ab incarnati-
onis tempore xpi ex diuinitate car-
nis & anima constat. **O**fabacter
no in aeternum existens uerus uersat
hominem ex tempore assumens inu-
nitatem suae personae. uerum quae
non habuerat. SEQUITUR.

Et uidimus gloriam eius. gloriam qua
si unigeniti a patre. plenum gratiae
et ueritatis. **G**loriam xpi quam
ante incarnationem uidere non po-
terant homines. post incarnationem
uiderunt. **A**spicientes humanita-
tem miraculis resurgentem & intel-
legentes diuinitatem in eis latitantem.

Illi maxime qui et eius claritatem an-
te passionem cuius figurati in monte
sco contemplari meruerunt. Uoce
de lapsa ad eum huiusmodi magni-
fica gloria. **H**ic est filius meus di-
lectus in quo mihi conplacui. **E**t
post passionem. resurrectionis. as-
censionis que ipsius gloria conspecta.
spis eius sunt dono mirifice refecti.

Quibus omnibus manifeste cognouerunt.
quod huiusmodi gloria non cui libet
scorum. sed illi solum homini qui esset
in diuinitate unigenitus a patre conue-
niret. **Q**uod autem sequitur. Ple-
num gratiae & ueritatis. **G**ratia ple-
nus erat idem homo xpi ihu. cui singu-
lariter in uere praeceteris mortalibus
datum est. ut statim ex quo in uero

uirginis concipi. & homo fieri inciperet
uerus esset & dñs. **V**nde & eadem
gloriosa semper uirgo maria. Non
solum hominis xpi. sed et diuinitatis
recte credenda & confitenda est.
Idem ueritate plenus erat & est. ip-
sa uidelicet uerbi diuinitate. quae
hominem illum singulariter electum.
cum quo una xpi persona esset ad-
sumere dignata est. **N**on ali-
quid suae diuinae substantiae ut
heretici uolunt infaciendam homi-
nis naturam commutans. sed ipsa
apud patrem manens totum quod
erat. totam de semine dauid natu-
ram ueri hominis. quam non habe-
bat suscipiens. **V**nde oportet
frs km̄. ut qui humanam redemp-
toris nri natiuitatem. hodie annua
deuotione recolimus. & diuinam
pariter & humanam eius naturam
non annuo sed continuo semper
amplectamur amore. **D**iuina
per quam creati sumus. cum non es-
semus. humanam per quam recrea-
ti sumus. **E**t quidem diuina con-
ditoris nri uirtus. sine assumptione
humanitatis nos recreare erat ido-
nea. **H**umana autem eiusdem
redemptoris nri infirmitas. sine ad-
sumente se & inhabitante in se. & o-
perante p se diuinitate. nos recreare
nequit. **A**t q̄ ideo uerbum caro
factum est. id est dñs homo factus est

et habitauit in nobis. Ut per cognatum nobis hominis habitum. Nobis conuersando congruere. Nos alloquendo instruere. Nobis uiuendi uiam praebere. pro nobis contra hostem confluere. Nram mortem moriendo ac resurgendo posset destruere. Per uiae ternam uero patri diuinitatem. nos interius uiuificando ad diuina sus tolleret. remissionem nobis peccatorum pariter. & sps sci dona concederet. Et post bonorum perfectionem operum non solum nos ad uidendam gloriam clarificatae suae perduceret humanitatis. sed et incommutabilem nobis essentiam suae diuinae maiestatis ostenderet. In qua uiuit & regnat cum patre in unitate sps sci. per omnia saecula saeculorum. In

XXVII **I**NNATSC SEP
NI PROTO MARTYRIS XPI
OMEL BEATI PULCENTII
CARTAGINENSIS EPI
D **H**ERI CAELE
BRAUIMUS

temporalem sempiternam regis nri natalem. Hodie celebramus triumphalem militis passionem. Heri enim rex nri crabea carnis indutus. de aula uteri uirginalis egrediens. uisitare dignatus est mundum. hodie miles de taber-

naculo corporis exiens. triumphator migravit ad caelum.

Ille sempiternae deitatis maiestate seruata. seruale cinctorium carnis assumens. in huius saeculi campo pugnaturus intravit. Iste depositis corruptibilibus corporis indumentis. ad caeli palatium perenniter regnaturus ascendit. Ille descendit carne uelatus. iste ascendit sanguine laureatus. Ascendit iste lapidantibus iudeis. quia ille descendit laetantibus angelis. Gloria in excelsis do heri exultantes sci angeli cantauerunt. hodie stephanum laetantes. in suum consortium susceperunt. Heri dñs exiit de uero ^{uergit} hodie miles egressus est de ergastulo carnis. Heri xps pro nobis pannu se inuolutus. hodie stephanus stola est ab eo immortalitatis indutus. Heri praesepis angustia xpm portauit in fanthem. hodie immensitas caeli suscepit stephanum triumphantem. Solus descendit dñs. ut multos eleuaret. Humiliauit se rex noster. ut suos milites exaltaret. Quia enim corporis suo uirginis praeparauit uterum. ipse martiri suo aperire dignatus est caelum. Omnis xps angustias uitae non dedignatus est uteri. ut animam stephani latitudo susciperet caeli. **Necessarium**

tamen nobis est fratres agnoscere. qui
bus armis praecinctus Stephanus.
seuiciam iudaeorum potuit superare.
ut ita meruisset feliciter triumphare.
Neque enim parui pendenda
sunt talis uirtus talisque triumphus.
Haut uero uilibus armis potuit praec
mumiri. quia multis non potuit su
perari. Inuictae namque in eo eni
tuit insigne uirtutis. quae nec fre
mentium saeuiciam formidauit.
nec lapidantium ictibus deuicta suc
cubuit. Usque adeo enim inter fre
mentes permansit interritus. & in
lapidum fuit cruciamenta securus.
ut incredulitatem iudaeorum fiden
ter argueret. & benignus pro lapi
dantibus exoraret. *fines* Quod est
ergo tam magnum atque insuperabi
le genus armorum. quomunitas
seuientes argueret. lapidantes non
repercutiens. sed patiens superaret.
Insuper & occisus. aulam caelestis
regni uiuus & coronatus intraret.
Procul dubio munimine regio septus.
nullatenus est ab aduersariis su
peratus. Quo rex noster cum sit al
tissimus. pro nobis humilis uenit.
sed manus uenire non potuit. Mag
num quippe donatiuum suis militibus
attulit. quo eos non solum copiose di
tauit. sed etiam ad certandum in uic
tissime confortauit. Attulit namque
donum caritatis. quae produceret homi

nes ad consortium detaxis. Quod
ergo attulit erogauit. nec sibi aliquid
minuit. sed mirabiliter & suorum
fidelium pauperiem ditauit. Et in
deficientibus thesauris plenus ipse
permansit. Caritas ergo quae ad
terram de caelo deposuit christum. ipsa
Stephanum de terris eleuauit ad caelum.
Caritas quae praecessit in rege. ipsa
subsequenter refulsit in milite.
O admiranda ubique potentia saluatoris.
O praedicanda indefinenter gratia re
demptoris. Ostendit in matre
uirginitatis aeternae miraculum.
demonstrauit in martire. inuictae
caritatis indicium. Integritas quip
pe intemerata permansit in uirgi
ne. dilectionis uestis inuicta perse
uerauit in martire. Et sicut in
matre domini non potuit uirginitas
uiolari. sic in martire mente non
potuit christi caritas. tanto saeuienti
um agmine superari. Stephanus
ergo ut nominis sui coronam
meruisset accipere. Caritatem pro
armis habebat. & per ipsam ubique
uincebat. Per caritatem disaui
entibus iudaeis non cessit. Per cari
tatem proximi pro lapidantibus in
tercessit. Per caritatem argue
bat errantes. ut corrigerentur.
Per caritatem pro lapidantibus ora
bat. ne punirentur. Caritatis
uirtute subnixus. uicte saulum

crudeliter saeuientem . & quem habu
it in terra persecutorem . in caelo me
ruit habere consortem . Ipsa sc̄a
et indefessa caritas . desiderabat o
rando . acquirere . quos nequiuit
monendo conuertere . Neque
enim fr̄s existimandus est stepha
nus . tunc inimicos dilexisse . cum pro
eis oraret . & non dilexisse . cum eorū
incredulitatem arguendo corripere .
Absit hoc ab anima martiris . ad caeli
palatium festinantis . Ipsa enim
sc̄a caritas . firmam seruauit in ora
tione patientiam . quae regendam te
nuit in correptione censuram .
Et ideo in oratione . audiri meruit
lentitas . quia sine caritate non fuit
in correptione saeuientia . **A**c per
hoc siue orando siue corripiendo .
caritatem beatus stephanus reser
uauit . quia utraque salutem
errantium cogitauit . Et iudicio
sc̄ae orationis ostendit . increpatione
illam non fuisse odii . sed amoris .
Hoc autem faciens . & praesentibus cari
tatem beatus martyr exhibuit . & uti
lenis exemplum posteris dereli
quit . Demonstrauit enim gemi
nam ecclesiastici dispensatoris industri
am . ut ad corrigendum cuiuslibet pec
catis errorem . & non desit in ore cor
reptio . & ad dñm pro eo supplex ef
fundatur oratio . Ut qui malum
facit . per increpationem de malis

operibus confundatur . Et per ora
tionem apud dñm adiuuetur .
A sic ipsa caritas & in ore iustitiam so
net . ut errantem corrigat . & in cor
de patientiam seruet . ut pro erran
te orationem puro affectu dilectionis
effundat . Qui enim errantem
non corripuerit . de negligentia
iudicatur . Qui autem pro eo non
orauerit . de perniciē condēnatur .
Quo circa fr̄s . si quando aliquis pro ani
mae salute . corripitur . non asper
nantes accipiat monita caritatis . nec
praesentem tristitiam suae uolunta
tis attendat . sed consideret quae
lucra utilitatis adquirit . Idcirco
enim arguitur . ut a peccatis operibus
corrigatur . Nec cum uidet correptionem
aliqua uerborum austeritate
feruere . Existimet caritatem in cor
de frigescere . Sicut enim uigilet in
ore correptio . ut in corde non dormi
tet oratio . **A**c per hoc in utroque
peccanti consulte prospicitur . ut dñs
homo correptus de peccato confundi
tur . & a malis operibus separetur .
et per orationem dō miserante salue
tur . Nam & sc̄a scriptura dicit .
Quō quem diligit dñs corripit . flagel
lat autem omnem filium quē recipit .
Xp̄i ergo caritate compulsi . & bonos hor
tamur ut in bono permaneant . &
malos compellimus ut a malo disce
dant . Praesertim quō in istis duo

bus scis . geminum nobis monstra-
 tur saluus iudicium . Vt si quis bo-
 nus est . imitetur per seueranciam
 caritatis in stephano . Qui autem ma-
 lus est . sectetur exemplum conuer-
 sionis in paulo . Et qui bonus est .
 aequitatem usque in finem teneat .
 qui autem malus est . quanto tuis
 a sua per uersitate discedat . Nec
 bonum hominem . praesumptio iusti-
 tiae faciat negligentem . Nec malu-
 miquitas faciat desperantem . Sed
 ille bonum fortiter teneat . iste ma-
 lum celeriter deserat . Bonus ti-
 meat nec cadat . malus conetur ut
 sur- gat . Quisquis ergo
 malus est . cum paulo proster natus
 in malo . ut cum eo erigatur in bo-
 no . Quo & ille cecidit malus . &
 sur rexit bonus . Prostratus est
 iniquus . et erectus est iustus .
 Cecidit seuis simus persecutor . &
 sur rexit ueridicus praedicator .
 Cadens . lumen corporis impius per-
 didit . Surgens . lumen cordis ius-
 tificatus accepit . Coniunctus
 est itaque stephano . factus ouis ex
 lupo . Et ecce nunc paulus cum
 stephano laetatur . Cum stephano
 xpi claritate perfruitur . Cum ste-
 phano exultat . Cum stephano reg-
 nat . Quo enim praecessit stepha-
 nus trucidatus lapidibus pauli . illuc
 secutus est paulus . ad iutus orationib-

stephani . Quam uera uita ffr-
 mei . ubi non paulus de ste- phano oc-
 cisione confunditur . sed stephanus
 de pauli consortio gratulatur . quo
 caritas in utroque laetatur . Ca-
 ritas quippe in stephano . superauit
 saeuiciam iudaeorum . Caritas in
 paulo . cooperit multitudinem pec-
 catorum . Caritas in utroque pari-
 ter . regnum meruit possidere cae-
 lorum . Caritas est igitur omniu-
 fons & origo bonorum . munimen e-
 gregium . uia quae ducit ad caelum .
 In caritate qui ambulat . peccare
 poterit . nec timere . Ipsa dirigit .
 ipsa protegit . ipsa perducit .
 Quo circa fratres . quo scalam carita-
 tis constituit xps . per quam ad cae-
 lum omnis possit conscendere
 xpianus . Puram caritatem for-
 titer retinete . ipsam uobis inuice
 exhibete . et in ea proficiendo con-
 scendite . Insistite operibus bonis .
 ut ad praemia aeterna peruenire
 possitis . adiuti gratia xpi dmi sal-
 uatoris . **IN NATAL EIU SDE
 BEATI MARTYRIS STEPH-
 ANI . SCDI MAXIMI EPI .**
Lectio actuum apostolorum quae no-
 bis hodie lecta est dilectissimi ffr-
 cum plurimum habeat in ipsa specie
 ammirationis . non minus tamen con-
 tinet in ministerio dignitatis . Ec-
 ce inquit beatus stephanus dicit .

xxviii

L

fratres . metuas

Video caelos apertos & filium ho-
minis stantem ad dexteris dī . . .
Considerate ac tenens dñm fr̄s :
cum beatus martyr dñm nr̄m
ih̄m xp̄m ad dexteram dī patris
stare uidis set . cur se filium homi-
nis uidere testatus est . & non po-
tius filium dī . Cum utique plus
honoris dño delaturus uidere cur-
sisset dī potius quam hominis filium
uidere dixisset . Sed certatio
postulabat . ut hoc ita & ostendere-
tur in caelo . & praedicaretur in
mundo . . . Omne enim iudaeorum
scandalum in hoc erat . Cum dñs
noster ih̄s xp̄s qui secundum carnē
est filius hominis . esse etiam dī
filius diceretur . . . Ideo ergo pul-
chrae scriptura diuina filium homi-
nis ad dexteram dī patris stare me-
morauit . ut ad confundendam iude-
orum incredulitatem . ille martyr
ostenderetur in caelo . qui apertis
negabatur in mundo . . . Et illi tes-
timonium caelestis ueritatis daret .
cui fidem terrena impietas deroga-
ret . . . Vnde licet iuxta psalmū
quilectus est . praetiosa est in con-
spectu dñi mors sc̄orum eius . Sed
si quid tamen distare inter marti-
res potest . praecipuus uidetur
esse qui primus est . . . Nam cū
sc̄s stephanus ab apostolis diaco-
nus ordinatus sit . apostolos ipsos .

beata aegerium phalimorte praecessit .
Actus quiescit inferior ordine . primus
factus est passione . . . Et quie-
rat discipulus gradu . magister coe-
pit esse martyrio . . . Complens il-
lud quod beatus propheta in psalmo
dixit . . . Quid retribuam dño pro om-
nibus quae retribuit mihi . . . **R**etri-
buere enim primus uoluit . stephanus
martyr dño . quodcum omni huma-
no genere accepit ad dño . . . Mortem
enim quam saluator dignatus est
pro omnibus pati . hanc ille primus
reddidit saluatori . . . Post haec
subiecit scriptura sacra & ait . . . Po-
sitis genibus clamauit dī . . .
Dñe . ne statuas illis hoc peccatum . . .
Videte dñm fr̄s affectum beati uiri .
uide te magnam & admirabilem ca-
ritatem . In persecutione positus erat .
& propter seccatoribus supplicabat . . .
Atque nulla lapidum ruina . quando
alius obliuisci poterat . etiam karissi-
mos suos . ille dño commendat inimi-
cos . . . Quid enim dicebat cū lapidaretur .
Dñe . ne statuas illis hoc peccatum . . .
Plus itaque tunc illorum dolebat pec-
cata . quam sua uulnera . . . Plus il-
lorum impietatem . quam suam mor-
tem . . . Et recte plus . . . In illorū
quippe iniquitate erant multa quae
plangi . in illius autem morte non erat
quod debuisset doleri . . . Illorum im-
pietatem mors sequebatur aeterna .

huius autem mortem ut perpetua
Imitemur ergo in aliquo dñi fratres
tantum magistri fidem. tam praedari
martiris caritatem. Diligamus
nos hoc animo in ecclesia fr̄ nros.
quo ille tunc dilexit inimicos suos.
Sed quod peius est aliquotiens non so-
lum inimicos non diligimus. sed
nec amicis quidem fidem integram
custodimus. Sed dicit aliquis. Non
possum diligere inimicum meum.
quem cotidie uelut hostem patior
crudelis simum. O qui cum que il-
le est. ad tendis quid tibi fecerit homo.
& non consideras quid tu feceris dō.
Cum enim tu multum grauiora in
dñm peccata commisisset. quare non
dimittas homini paruum. ut tibi
digne tur dimittere multum. Re-
cole quid tibi in euangelio ueritas
ipsa promiserit. & quam tibi quodā
modo cautionem fecerit. uel quale
tecum pactum inierit. Si enim
inquit dimiseritis hominibus pecca-
ta eorum. dimittet et uobis pater
uester caelestis peccata ustra. Si autē
non dimiseritis. nec pater uester di-
mittet et debita ustra. Vide tis fr̄.
quia cum dī gratia in potestate nra
positum est. qualiter ad nō iudice-
mur. Si inquit dimiseritis. dimittet
tur uobis. Iam sepe dixi fr̄.
& frequentius dicere debeo. Ne-
mo se circum ueniat. nemo se seducat.

62
qui uel unum hominem in hoc mun-
do odio habet. qui quid dō in operibus
bonis obtulerit. totum perdit. Qui
a non mentatur paulus apostolus di-
cens. Si dederō omnes facultates
meas in cibos pauperum. et si tradi-
dero corpus meum ut ardeam. carita-
tem autem non habuerō. nihil mihi
prodest. Quam rem etiam bea-
tus iohannes confirmat dicens.
Omnis qui non diligit fratrem suum.
manet in morte. Et iterum.
Qui fratrem suum odit. homicida est.
Hoc loco fratrem omnem hominem
oportet intellegi. Omnes enim
in xpō fr̄ sumus. Nemo itaque
sine caritate de uirginitate praesu-
mat. nemo de elemosinis. nemo
de orationibus confidat. Quia
quoniam diu inimicitiam in corde tenu-
erit. neque istis. neque aliis quibus
libet bonis operibus. placare sibi dñm
poterit. Sed si uult sibi habere
proptium dñm. non dedigne tur audi-
re consilium bonum. Audiat non
me. sed ipsum dñm suum. Si in-
quit offeres munus tuum ad altare.
& ibi recordatus fueris quia frater
tuus habet aliquid aduersum te.
relinque ibi munus tuum ante alta-
re. & uade prius reconciliari fratri
tuo. & tunc uenies offerre munus
tuum. At nos pugnas habentes
intrinsicus & dolos in corde ueritates.

quasi qui bonam conscientiam habeamus. prae sumimus accedere ad altare. non timentes quod scriptum est.

Qui manducat & bibit indigne iudicium sibi manducat & bibit. Sed dicit aliquis. Grandis labor est inimicos diligere. pro persecutoribus supplicare. Nec nos negamus fratres. Non paruus quidem labor est in hoc saeculo. sed grande erit praemium in futuro. Per amorem enim hominis inimici efficietis amicus dei. Immo non solum amicus. sed etiam filius. sicut ipse dominus dixit. Diligite inimicos vestros. benefacite his qui uos oderunt. ut sitis filii patris qui in caelis est. Sicut aliquis homo diues in hoc saeculo uellet adoptiuum filium facere. quomodo ser uires. quas indignitates etiam ser uorum eius. quae ser uicia duris sima & aliquoties etiam turpissima sustineres. ut ad eaducam & fragilem hereditatem illius peruenires. Quod ergo alius sustinet propter substantiam terrenam. tu sustine propter uitam aeternam. Conuincimur enim certissima ratione. quia propter dominum possumus quidem. sed nolumus iniurias sustinere. Denique si nobis aliqua potens persona iniuriam faciat. si nos etiam in facie male dicat. Nec res pondere aliquid asperum. non dicam uicem reddere audemus. Quare & haec uilla

persona potente. adhuc maiora quam perculimus patiamur. Quod a nobis ex torquet hominis timor. debent a nobis exigere christi amor. Si ergo potens persona. facit contrarios. taceamus & nihil dicere ausi sumus. Si uero aut aequalis aut forte inferior. uelle uem nobis contumeliam fecerit. quasi fera bestia sine ulla patientia. ac sine aliqua contemplatione consurgimus. & aut in praesenti sententiam iniuriam uindicamus. aut certe ad maiorem uicem reddendam. nostrum animum praeparamus. Quid est hoc quod quando potens persona nobis iniuriam intulit. patienter accipimus. quando inferior. nimio furore succendimur. Quod ibi timuimus hominem. hic dominum timere nolumus. Unde ergo uos fratres. quantum possumus cum dei adiutorio contra nos ad patientiam praeparemus. Et in omnibus malis hominibus. medicorum uicem agere studeamus. Et non ipsos homines. sed ipsorum malitiam odio habeamus. Pro bonis oremus ut semper ad meliora conscendant. pro malis. ut cito ad emendationem uitae per poenitentiae lamenta confugiant. Quam rem orantibus uobis ipse prestare dignetur. qui cum patre & spiritu uero uiuit & regnat deus per omnia saecula saeculorum. AMEN. hu.

XXVIII. SERMO SCI AVGVSTINI

DE MIRACULIS EIVSDEM
BEATI MARTYRIS STEPHANI

Magna quae tibilitatis episcopo afferente
proiecto martiris gloriosis
simum stephani memoriam.
Ueniebant magnae multi
tudines concursu & occursum. Vbi cae
ca mulier ut ad episcopum portantem du
cere tur orauit. Flores quos ferebat
dedit recepit. oculis am mouit. proci
nus uidit. Stupentibus qui aderant
praecipit exulcans uiam carnis &
uiae ducem ulterius non requirens.

Memorati memoriam martiris quae posi
ta est in castello sinicensi quod hippo
nensi coloniae uicinum est. Eiusdem
loci lucillus episcopus populo praecedente
atque sequente portabat. Fistula cu
ius molestiam diu laborauerat &
familiaris simi sui medici quae eam seca
ret operiebatur manus illius praecipit
cinae uectatione repente sanata est.
Nam deinceps eam in suo corpore non
inuenit.

Eucharius est presbiter ex hispania cala
mae habitat. uetere morbo calculi
laborabat. Per memoriam supra
dicti martiris quam possidens illo
aduexit episcopus saluus factus.

Idem ipse postea morbo alio praecuale
cente mortuus sic iacebat ut ei iam
polices ligarentur. Optulacione
memorati martiris cum de memoria
eius reportata esset & super iacentis

corpore missa ipsius presbiteri tunica susci
tatus est.

Fuit ibi uir in ordine suo primarius
nomine martialis aeuo iam grauis
& multum abhorrens a religione christia
na. Habebat sane fidelem filiam
& generum eodem anno baptizatum.

Qui cum eum aegrotantem multis &
magnis lacrimis rogarent ut fieret
christianus prorsus abnuat. eos quae
turbida indignatione sum mouit.

Visum est genero eius ut iret ad memo
riam sancti stephani & illic pro eo quantum
posset oraret ut deus illi daret mentem
bonam qua credere nondisferret christum.

Fecit hoc ingenti gemitu & fletu & sin
ceriter ardente pietatis affectu.

Deinde abscedens aliquid de altari florum
quod occurrit tulit. eique cum iam nox
esset ad caput posuit. Tum dormi
tum est. Et ecce ante diluculum clamat
ut ad episcopum curreret. Qui mecum
forte tunc erat apud hypponem.

Cum ergo eum audisset absentem ue
nire praesbiteros postulauit. Ue
nerunt credere se dixit. Admi
rantibus atque gaudentibus omnibus
baptizatus est. Hoc quam diu uixit
more habebat. Xp̄e accipe spiritum meum.

Cum haec uerba beatis simi stephani
quando lapidatus est audisset. ul
tima suis se nesciret. quae hinc quoque
ultima fuerunt. Nam non multo
post etiam ipse defunctus est.

Sanati sunt illic per eundem martirem
etiam podagrici. duo ciues. peregrinus
unus. Sed ciues omnimodo. Pere
grinus autem. per reuelationem quid
adhiberet quando doleret audiuit.
Et cum hoc fecerit. dolor continuo con
quiescit.

Aldarus nomen est fundi. ubi ecclesia.
& in ea memoria est martiris stephani.
Puerum quendam par uulum cum in
area luderet. exorbitantes boues qui
uehiculum traherant. rota obtiue
runt. Et confestim palpitaui ex
spirans. Hunc mater abreptum.
ad eandem memoriam posuit. & non
solum reuixit. uerum etiam in lesus
apparuit.

Simonialis quaedam in uicina pos
sessione quae cuspiliana dicitur.
cum aegritudine laboraret ac despe
raretur. ad eandem memoriam tuni
ca eius allata est. Quae antequam
reuocaretur. illa defuncta est. Hac
tamen tunica operuerunt cadauer
eius parentes. et recepto spiritu saluatae.

Apus hipponem. bassus quidam sirus.
ad memoriam eiusdem martiris ora
bat. pro aegrotante & periditante
filia. eoq; secum uestem eius ac tulerat.
Cum ecce pueri de domo occurserunt.
qui ei mortuam nuntiarent. Sed
cum orante illo. ab amicis eius excipe
rentur. prohibuerunt eos illudicere.
ne per publicum plangeret. Quicunq;

domum redisset. etiam suorū he
uulacibus per sonantem. & uestem
filiae. quam ferebat super eam pro
iecisset. reddita est uitae.

Rursum ibidem apud nos. hurenei cuiusdam
collectarii filius aegritudine ex tinctus
est. Cumq; corpus iaceret exanimae.
atq; aligentibus & lamentantibus ex
sequiae pararentur. Amicorum eius
quidam inter aliorum consolantiū
uerba suggestit. ut eiusdem marti
ris oleo corpus perungeretur.
factum est. et reuixit.

Itemq; apud nos uir tribunicius. ele
usinus. super memoriam martirū.
quae in suburbano eius est. aegritu
dine exanimatum posuit in fantulū
filium. Et post orationē quā multis
cum lacrimis ibi fudit. uiuentē leuauit.

Valrethiam quae colonia uticae. in ci
na est. multa praedara per eundem
martirem facta cognouimus. Cu
ius ibi memoria longe prius quā apud
nos ab epō euodio constituta est.
Cum enim nuper illic essemus. petro
niam. daris simam feminam. quae ibi
mirabiliter ex magno atque diuturno
in quo medicorum adiutoria cuncta
defecerant languore sanata est.
hortati sumus uilente supradicto epō
ut libellum daret. qui recitaretur
in populo. & oboedientis sime paruit.
In quo posuit etiam quod hinc recite
re non possum.

A quo dam iudaeo dixit sibi fuisse per
sua sum . ut anulum capil latio uinculo
insereret . quo sub omni ueste adnu
da corporis cingeretur . qui anulus ha
beret sub gemma lapidem in renibus
inuentum bouis . . Hoc alligata quasi
remedio . ad sc̄i marci r̄is lumina uenie
bat . . Sed profecta est ac archagine
cum in confinio fluminis bragadae .
in sua possessione mansisset . surgens
ut iter perageret . ante pedes suos illū
uocentem anulum uidit . & capillaciā
zonam qua fuerat alligatus mirata
temptauit . . Quam cum omnino suis
nodis firmissimis sicut erat compe
rit̄ se adstrictam . crepuit se atque
exiit se anulum suspicata est . . Qui
etiam ipse cum integer simus fuisset
inuentus . futurae salutis quodā modo
pignus de tanto miraculo se accepisse
praesumpsit . . Atq; illud uinculum
saluens . simul cum eodem anulo pro
iecit in flumen . . Non credunt hoc
qui etiam dñm ihm̄ per integra uir
ginalia matris enixum . aut ad discipu
los ostus clausis ingressum fuisse non
credunt . sed hoc certe quaerant . & si
uerum inuenerint . illa credant . .
Clarissima femina est nobiliter nata .
nobiliter nupta . carthagini habitat .
Ampla ciuitas . Ampla persona . rem
quaerentes latere non sinit . .

V Num est apud nos factum . Non ma
ius quam illa quae dixi . sed candarū

65
atque inlustre miraculum . ut nul
lum arbitret esse hypponiensium .
qui hoc non uel uiderit uel didicerit .
Nullum qui obliuisci ulla ratione po
tuerit . . Decem quidam fratres .
quorum septem sunt mares . tres fe
minae . de caesarea cappadociae suo
rum ciuium non ignobiles . Maledic
to matris recentis eorum obitu
destituta . . Quae iniuriam sibi ab
eis factam aceruis sime tulit . . Tali
poena sunt diuinitus coeacti . ut hor
ribiliter quaterentur omnes tremo
re membrorum . . In qua foedissima
specie . oculos suorum ciuium non fe
rentes . quaque uersum cuique ire
uisum est . toto paene uagabantur
orbe romano . . Ex his etiam ad nos
uenerunt duo . frater . & soror . pau
lus . & palladia . multis alius locis mi
seria diffamante iam cogniti . . Ue
nerunt autem ante pascha . sex me
dies quindecim . . Ecclesiam cotidie
& in ea memoriam gloriosissimi ste
phani frequentabant . orantes ut
iam sibi placiretur dñs . & salutem
pristinam redderet . . Uenit &
pascha . atq; ipso die dominico ma
ne . Cum iam frequens populus pra
sens esset . & loci sc̄i cancellos ubi
martirium erat . idem iuuenis
orans tene ret . repente prostra
tus est . & dormienti simillimus
iacuit . . Non tamen tremens sicut

& iam per somnum solebat. Stupen-
tibus qui aderant. atque alijs pauen-
tibus. alijs dolentibus. cum cum qui-
dam uellent erigere. nonnulli pro-
hibuerunt. & potius exitum expec-
tandum esse dixerunt. Et ecce sur-
rexit & non tremebat. quō sanatus
erat & stabat in colomis. intuens in-
tuentes. Quis ergo se tenuit alaui-
dibus dī. damantium gratulantiū
q̄ uocibus. ecclesia usq̄ quaq̄ comple-
ta est. Inde ad me curritur. ubi
sedebam iam processurus. Intra al-
t̄ quisq̄ post alterum. omnis poste-
rior quasi nouum. quod alius prior
dixerat nuntiantes. Meque gau-
dente & apud me dō gratias agente.
ingreditur. ipse cum pluribus. indi-
natur ad genua mea. erigitur ad
osculum meum. Procedimus ad
populum. plena erat ecclesia. per-
sonabat uocibus gaudiorum. dō gra-
tias. dō laudes. nemine tacente.
hinc atque inde damantium.
Saluta ui populum. & rursus eadē
seruentiore uoce clamabant. Facto
tandem silentio. scripturarum
diuinarum sunt electa sollempnia.
Vbi autem uentum est ad mei sermo-
nis locum. dixi pauca pro tempore.
& pro illius iocunditate laetitiae.
Nobiscum homo prandit. & diligen-
ter nobis omnem suae fraternae
que ac maternas calamitatis indi-

cauit historiam. Sequenti itaq̄
die post sermonem redditum nar-
rationis eius libellum in crastinum
populo recitandum promisi. Quod
cum ex dominico paschae die tercio
fieri in gradibus exedrae in qua
desuperiore loquebar loco fecista-
re ambos fr̄s. Cum eorum lege-
retur libellus. intuebatur populus
uniuersus. sexus utriusq̄. unum
stantem sine deformi motu. alterā
in membris omnibus contremēte.
Et qui ipsum non uiderant. quid
in eo diuinae misericordiae factū
esset. in eius serore cernebant.
Videbant enim quid in illo gratu-
landum. quid pro illa esset orandū.
Inter haec recitato eorum libello.
de conspectu populi eos abire praecipi.
Et de tota ipsa causa. aliquanto di-
ligentius coeperunt disputare.
Cum ecce me disputante. uoces aliae
de memoria martiris nouae gratu-
lationis audiuntur. Conuersi sunt
eō quod me audiebant. coeperunt q̄
concurrere. Illa enim ubi de gra-
dibus descendit in quibus steterat.
ad sc̄m martirem orare prexerat.
Quae mox ut cancellos atq̄te. con-
lapsa similiter uelut in somnum
sana surrexit. Dum ergo requi-
reremus quid factum fuisset. un-
de ille strepitus laetus existeret.
ingressi sunt cum illa in basilicam

ubi eramus · adducentes eam demar-
tyris loco · Tum uero tantus ab utro-
que sexu admirationis clamor exor-
tus est · ut uox continuata cum lacri-
mis non uideretur posse finire ·
Per ducta est ad eum locum ubi pau-
lo ante steterat tremens · exultabant
eam similem facti · cui doluerant
remansisse dissimilem · Et nondū
susas preces suas pro illa · iam tamen
prae uiam uoluntatem · tam cito ex-
auditam esse ceperant · Exul-
tabant in di laude uoce sine uerbis ·
tanto sonitu quā uitam nr̄ae aures
ferre uix possent · Quiderat in
cordibus exultantium · nisi fides xp̄i
pro quo stephani sanguis effusus est ·

Cum si huius fidei · ac testantur ista
miracula · In qua praedicatur xp̄s
resurrexisse in carne · & in caelum
ascendisse cum carne · Quia & ipsi
martires huius fidei martires ·
id est huius fidei testes fuerunt ·

**ITEM IN NAI CUIUS SUP-
LIC SCAI IUA SEC MATHIU ·**

In illo tempore · Dicebat ih̄s turbis iudaeorum
& principibus sacerdotum · Ecce ego mitto
ad uos prophetas & sapientes & scribas & exil-
lis occidetis & crucifigatis · & ex illis flagella-
bitis in synagogis uestris · & reliq ·

**XXX · SERMO DE EADIM LITIONE
IN COMMENTARIO BEATI
HIRO NIMI PRESBITERI ·**

Ecce ego mitto ad uos prophetas
& sapientes & scribas & exil-
lis occidetis & crucifigatis · Et ex
eis flagellabitis in synagogis uestris ·
& per se quemini decuitate incuitate ·

Hoc quod antea dixeram uos imple-
te mensuram patrum uestrorum
ad personam dñi pertinere eo quod
occidendus esset ab eis · potest & ad
discipulos eius referri · de quibus nunc
dicit · Ecce ego mitto ad uos pro-
phetas & sapientes & scribas & exil-
lis occidetis & crucifigatis & flagella-
bitis in synagogis uestris · & per se
quemini decuitate incuitate nunc
complete mensuram patrum uestrorum ·

Simul que obserua iuxta apostolum
scribentem ad corinthios uaria esse
dona discipulorum xp̄i · Alios pro-
phetas qui uentura predicant · Ali-
os sapientes qui nouerint quando
debeant proferte sermonem · Alios
scribas in lege doctissimos · Ex
quibus lapidatus est stephanus ·
paulus occisus · crucifixus petrus ·
flagellati in accibus apostolorum
discipuli · & per se qui eos sunt deci-
uitate incuitate · Expellentes
de iudaea · ut ad gentium populum
trans migrarent · Vt ueniat su-
per uos omnis sanguis iustus qui
effusus est super terram · A sangu-
ne abel iusti usque ad sanguinem
zachariae filii barachiae · qui occisus ē

inter templum et altare. De
abel nulla est ambiguitas quin is
sit quem cum frater occiderit.
Iustus autem non solum ex dñi nunc
sententia sed ex genesis testimonio
conprobatur ubi accepta eius ad
narrantur munera. Quærimus
qui sit iste zacharias filius barachie
quia multos legimus zacharias & ne
libera nobis tribuatur erroris facul
tas quem occidistis inter templum
& altare. In diuersis diuersa legi
& debeo singulorum opiniones ex
ponere. Alii zachariam filium
barachie dicunt quinduo decim
prophetis undecimus est patrisq;
in eo nomen consentiat. Sed ubi
occisus est inter templum & altare
scriptura non loquitur. Maxime
cum temporibus eius uix ruinae tem
pli fuerint. Alii zachariam patrem
iohannis intellegi uolunt ex quibus
dam apocryforum somnus ad proban
tes quod propter ea occisus sit quia
saluatoris prædicaret aduentum.
Et hoc quia descripturis non habet
auctoritatem eadem facilitate con
temnitur qua probatur. Alii is
tium uolunt esse zachariam qui oc
cisus est a ioseph rege iudeae inter
templum & altare sicut regnorū
narrat historia. Sed obseruan
dum quod ille zacharias non sit fili
us barachie sed filius ioadae sacer

dotis. Vnde & scriptura refert
non fuit recordatus ioseph patris eius
ioadae quae sibi fecisset bona.
Cum ergo zachariam teneamus & oc
cisionis consentiat locus quærimus
quare barachie dicitur filius & non
ioadae. Barachia in lingua nra
benedictus dñi dicitur. Et sacer do
tis ioadae iustitia hebreo nomine
demonstratur. In euangelio quo
utuntur nazareni pro filio barachie
filium ioadae scriptum repperimus.
Simpliciores sūt inter ruinas templi
et altaris siue in portarum exitibus
quae siloa dicunt rubra saxa mon
strantes zachariae sanguine putant
esse polluta. Non condemnamus
errorem quide odio iudeorum &
fidei pietate descendit. Dicimus
breuiter quare sanguis abel iusti
usq; ad zachariam filium barachie
ab illorum generatione quaeratur
cum neutrum eorum occiderit.
Regulae scripturarum est duas ge
nerationes ponere bonorum uel ma
lorum hoc est singulorum singulas.
De bonis sumamus exempla. Quis
ascendet in montem dñi aut quis
requiescet in monte scō eius. Cūq;
plures qui ascensuri sunt montem dñi
descripsisset qui diuersis fuerit acci
tibus post ea inserta haec genera
tio quaerentium dñm quaerentium
faciem dī iacob. Et in alio loco de

omnibus seīs? Generatio iustorum be-
nedicetur. De malis uero ut in
praesenti loco generatio uiperarū
et requiruntur omnia a generatione
ista. Et in hiezechiel cum pecca-
ta terrae descripsisset sermo prophe-
ticus adiecit. Sinoe & iob & dani-
hel ibi fuerint inuenti. non dimitti
peccata terrae illi. Omnes iustos
qui similes forent uirtutibus eorum.
noe & iob & daniel uolens intellegi.

Ergo & isti quia similia cam & iof
contra apostolos gesserunt de una
generatione esse referuntur.

Hierusalem hierusalem quae occidis
prophe-
tas & lapidas eos qui ad te mis-
si sunt. quotiens uolui congregare
filios tuos quem ad modum gallina
congregat pullos suos sub alas suas.
& noluisti. Hierusalem non saxa
& aedificia ciuitatis sed habitatores
uocat. Quam patris plangit affec-
tu sicut in alio loco legimus. Quod
uidens eam fleuerit. In eo autem quod
dicit. Quotiens uolui congregare
filios tuos. omnes retro prophe-
tas a se missos esse testatur. Gallinae
quoque similitudine congregantis
sub alas suas pullos suos. in cantico
deuteronomi legimus. Sicut aquila
protegit nidum suum & super
pulos suos desiderat. Expandens
alas suas suscepit eos & tulit super
pennis suas. Ecce relinquetur uo-

67
bis domus ur̄a deserta. Hoc ipsum
& ex persona hieremiae ante iam dix-
erat. Reliqui domum meam. dimi-
si hereditatem meam. facta est mihi
hereditas mea quasi spelunca.

Deserta iudaeorum domus. id est tem-
plum illud quod ante fulgebant augus-
tius oculis conprobamus. qui habita-
torem xp̄m perdidit. & hereditatem
praeripere gestiens. occidit heredem.

Dico enim uobis. Non me uidebitis amo-
do donec dicatis. benedictus qui uenit
in nomine dñi. Ad hierusalem loqui-
tur & ad populum iudaeorum. Ver-
sicalum autem ^{istum} quo et paruuli atque
lactantes in ingressu hierusalem dñi
saluatoris usi sunt. Quando dixerunt
benedictus qui uenit in nomine dñi
osanna in excelsis. Sumpsit decen-
tesimo septimo decimo psalmo. qui
manifeste de aduentu dñi scriptus est.
& quod dicit. hoc uult intellegi.

Nisi poenitentiam egeritis & confes-
si fueritis ipsum esse me. de quo pro-
phetae cecinerunt. filium omni po-
tentis patris. meam faciem non ui-
debitis. Habent iudaei datum
sibi tempus poenitentiae. Confite-
antur benedictum qui uenit in no-
mine dñi n̄ri. et xp̄i ora conspicient.

IN NÄTSCIOH EUANĠELISTAE

XXXI Sermo beati isidori ep̄i

IOHANNES APOSTOLUS
ET EUANGELISTA FILIUS

zebedei frater iacobi. uirgo electus
ad dño. atque inter ceteros magis
dilectus. Qui etiam super pec-
tus magistri recumbens euangelii
sui fluentia de ipso sacro dominici
pectoris fonte potauit. Et qua-
si unus de paradisi fluminibus. uerbi
dī gratiam in toto terrarum orbe
diffudit. Quique in loco xp̄i xp̄o
iubente successit: dum suscipiens
matrem magistri discipulus par-
post xp̄m. alter quodam modo dere-
lictus est filius. Hic dum euan-
gelium xp̄i in asia praedicaret. ad
mitiano caesare in patmos insula
metallo religatus. Vbi etiam
positus apocalypsin scripsit. In-
ter secō autem a senatu domitia-
no. exilio resolutus recessit ephesū.
Ibi que ob hereticorum refutandas
uersitas. et flagitatus ab asiae
ep̄s. euangelium nouissimum edidit.
Cuius quidem inter alias uirtutes
magnitudo signorum haec fuit.
Mutauit in aurum. siluestres fron-
dium uirgas. Litora q̄ saxa in
gemmas. Item gemmas in frag-
mina. In propriam reformauit
naturam. Viduam quoq̄ prae-
cepto populi suscitauit. Et reu-
iuuum iuuenis corpus. remeante
anima reparauit. bibens letis-

rum haustum. Non solum euasit
periculum. sed eodem prosternit
poculo. inuitae reparauit statum.

Hic autem anno sexagesimo septimo.
post passionem dñi saluatoris. sub
traiano principe. longevae uetustatis
senio fessus. cum diem trans migrati-
onis suae in minere sibi sentiret. ius-
sit se ferri effodere sibi sepulchrum.
atq̄ inde ualedicens fratribus. facta
oratione. uiuentis tumulum introiit.

Deinde in eo. tanquam in lectulo requi-
euit. Vnde accidit ut quidam eū
uiuere asserant. Nec mortuum in
sepulchro. sed dormientem iacere
contendant. Maxime pro eo quod
illuc terra sensim ab imo scaturiens.
ad superficiem sepulchri conscendat.

Et quasi flatu quiescentis. deorsum
ad superiora puluis ebulliat.

XXXII ITEM EX HISTORIA ECCLE-
SIASTICA RELATIO DE EO
DE BEATO IOHANNE.

Adi fabulam non fabulam sed rem
gestam de iohanne apostolo. & me-
moris omnium traditam. Cum
post cyranni obitum de patmo
insula ephesum rediret. rogabatur
etiam uicinas inlustrare prouincias.
quo uel ecclesias fundaret in quibus
non erant locis. uel in quibus erant
sacerdotibus ac magistris instrueret.
secundum quod ei de uero quoq̄ sp̄s
sc̄s indicasset. Cum igitur uenis

set ad quandam urbem haud longe
positam omnibus ecclesiasticis sol
lemniter adimpletis. Uidet iuue
nem quendam ualidum corpore &
uul tu elegantem sed et animus acie
nimis. **R**espiciens q̄ ad ep̄m qui
nuper fuerat ordinatus. **H**unc in
quit tibi summo studio commendo
subtestimonio xp̄i & totius ecclesiae.
Tum ille suscipiens omnem se adhibi
turum sicut praecipiebat diligen
tiam pollicetur. **S**ed iterum atq̄
iterum eadem saepius repetens iu
uenem commenda dabat ac tentus &
post haec ephesum redit. **T**um ue
ro presbiter in domum suam adoles
centem suscipit commendatum &
cum omni diligentia enutrit amplex
atur fouet adultum etiam
baptismi gratia tradit. **P**ost
haec iam uelut confidens gratiae
qua fuerat communitus paulo in
dulgentius habere iuuenem coepit.
Sed ille ubi in maiora libertate poti
tus est continuo per aequiuos quis
luxus & desidia cordi est amare uita
& corruptae uiae incedere tramite
perdoceat. **E**t primo quidem
conuiuiorum inlecebris decipitur
inde nocturnis eum suis sociis
sibi participem q̄ consciscunt.
Post haec iam ad maiora flagitia per
trahunt. **I**nterea sensim iuuenis
formabatur & instruebatur ad

68
scelera. **E**t qui esset acer ingenio sicut
equus infrenis & ualidus duris moribus
obfirmatus recti itineris lineam dere
linquens rectore contempto rapido
cursu totus fertur in praecipit. **I**ta
succedentibus sibi malis ut desperatio
nem quoque ad o sibi prestatae salutis
acceperit. **D**edignatur iam de par
uis sceleribus cogitare grandia quae
molitur et ex integro perditionis se
tra dens nullius inferior esse in
flagitium patitur.

Denique illos ipsos qui prius magis
tri criminum fuerant discipulos fa
cit. **E**t latronum ex his turmas
quibus ipse dux & princeps uiolentus
praefectus instituit & cum his omni
crudelitate grassatur. **V**erum tem
pore elapso cum reuocata poposeisset
utilitas inuitatur iterum ad illam
urbem iohannes. **E**t cum cetera
quorum gratia uenerat ordinasset.
Age inquit o episcopo depositam re
praesenta quod tibi ego plane et xp̄s
commendauimus ecclesia teste qua
regis. **A**t ille obstipuit primo
pecuniam putans a se repositi quam
non acceperat. **S**ed rursum con
siderabat nec posse fallere iohanne
nec quod non dedit quaerere. **H**ere
bat igitur stupens. **Q**uem iohan
nes haerentem uidens. **I**uuenem in
quit illum repe to abste & animam
fractis. **T**unc grauitet suspirans

senior & in lacrimas resolutus. ille
ait mor tuus est. Quomodo inquit
uel quali morte? Dō ait mor tuus est.
quia pessimus & flagitiosus euasit.
Ad ultimum etiam latrocinium adgres
sus est. Denique nunc montem
quendam cum multa latronum manu
occupauit. Quibus auditis apos
tolus uestem continuo qua orat in
ductus scidit. & cum ingenti gemitu
feriens caput suum. Bonum te in
quit custodem fractis animae dere
liqui. Sed iam nunc mihi equus
paretur. & dux tineris. Et con
festim ab ipsa ecclesia ascendens.
conciatis properabat. Cumq; per
uenisset ad locum. at tinctus ab his
latronibus qui custodia obseruabant.
Sed ille neque effugere. neq; prosus
declinare usquam nitens. ingenti
tantum uoce proclamabat. quia ad
hoc ipsum ueni. adducite mihi prin
cipem uestrum. Quicum uenisset
armatus. eminus agnito iohanne
apostolo. pudore actus in fugā uerti
tur. Ille equo post eum admissa
confestim insequitur fugitarem.
etiam aetatis oblitus simul & clamans.
Quid fugis o fili patrem tuum? Quid
fugis inermem senem? miserere
noli timere. habes adhuc spē uitae.
Ego xpō rationem reddam pro te.
Certe & mortē pro te libenter excipi
am. sicut & dñs excepit pro nobis.

Et pro tua anima dabo animā meam.
sta tantum & crede mihi quia xp̄s
me misit. At ille audiens restitit.
ac uulcū dimisit inter ram. post
hoc arma proiecit. Tum deinde
treme factus. flebat amarissime.
Et accedens. semis genibus pro uol
uitur. gemitibus & ululatus.
quibus poterat satisfacere. & u
berrimis lacrimarum suarū fon
tibus iterum baptizabatur. occul
tans solam dexteram suam.
Apostolus uero iuris iurandi sacramen
to se ei saluatore impetratur unq
ueniam pollicens. simulq; genibus
eius prouolutus. atq; ipsam dexte
ram ex cuius caedis conscientia tor
quebatur. tamquam iam per poe
nitentiam purgatam deosculans.
Adecclesiam reuocat. et in desinen
tes pro eo orationes p̄fundens. &
cum ipso pariter ducens crebra ieu
nia. indulgentiam adō quam ei
pollicitus fuerat expecebat.
Sedet uarus sermonum consolatio
nibus. uelut quibusdam praecan
tationibus. efferos & exterritos
eius animos mitigabat. Nec prius
absticit. quam eum in omnibus emen
datum etiam ecclesiae praeficeret.
Praebens per hoc magna exempla
uerae paenitentiae. & documentū
ingens nouae regenerationis. atq;
insignia quaedam & trophaea uisibi

lus in eo resurrectionis ostendens.

ITEM UNDE SUPRA.

DE SANCTIS IUANNE SIC IOHANNES

In illo tempore. Dixit ih̄s petro. Sequere
me. Conuersus petrus uidit illum discipu
lum quem diligebat ih̄s sequentem. quiete
cubuit in caena super pectus eius. Et reliq̄.

DE PRINCIPIIUM VENERABILIS BE DE PRINCIPIIUM LECTIONIS

Lectio sancti euangeli quae nobis
lecta est fratres mei. tantoma
iostanobis intentione debet per
singula uerba pensari. quanto mag
na gratiae supernae dulcedine to
ta redundat. Commendat enim
nobis beatus simus euangelista. & a
postolus iohannes. privilegium apo
stolis praecipui. quo ceteris amplius
meruit honorari ad domino. Commen
dat testimonium euangelicae descrip
tionis. quod ueritate diuina subnixū.
nullus fidelium dubitare promittat.
Commendat placidam suae carnis
absolutionem. quam domino specialiter
se uisitante percepit. Sed ut per
fectae lectionis huius principia con
siderare. ualeamus. libet superiora
parumper at tendere. Apparuit
domino post resurrectionem discipulis
septem. inter quos erat petrus. &
iohannes. frustra in piscando tota
nocte laborantibus. Et stans in
litore. copiosa rete eorum. piscium
multitudine impleuit. Mox que

egressus ad terram. inuitauit ad
prandium. & inter prandendum.
tertio petrum. an se amaret inter
rogauit. ac tertio amorem confiten
ti. quia ter eum negauerat. Et tertio
pascendas suas oues commisit.

Ac deinde quia pro earundem ouium.
id est animarum fidelium cura pas
torali. usque ad martirium crucis
esset peruenturus incitauit dicens.
Amen amen dico tibi. cum esses iunior
cingebas te & ambulabas ubi uolebas.
Cum autem senueris extendes manus
tuas & alius te cinget. & ducet quo
non uis. In manuum nam que exten
sione designauit. quod per mortem
crucis martirio coronandus. Incinc
tione aliterius. quod uinciendus aper
secutore. in ductu quo non uellet.
quod tormenta passionis contra uo
luntatem esset passurus humanae
fragilitatis. Sed ne grauis forte
uideretur petro praedicta ad domino
passio crucis. hanc suo confestim
lenire curauit exemplo. ut cruci
atum martiri eo leuius ferret.
quo se meminisset similem suo
redemptori mortis accipere senten
tiam. Postquam enim signi
ficauit ei qua morte darificaturus
esset domino. protinus adiungit.
quod in huius capite lectionis audi
uimus. Et dicit ei sequere me.
Ac si aper te dicat. Quia ipse prius

pro tua redemptione crucis suppli-
cium subire nancimur. Cur tu pro
mei confessione nominis crucem
pati formides? Quia eo gloriosiore
mar tyru palma clarificaberis.
quo in hac promerenda magistri-
ter sequeris. Iam uero ab euan-
gelista non subditur. Quid post
haec dicta dñs & discipuli fecerunt.
sed ex eo tamen innuitur quod sub-
iungitur. Conuersus petrus.
uidit illum discipulum quem dili-
gebat ih̄s sequentem. Patet
namque quia cum dixisset petro
sequere me. Idest crucem pacien-
do imitare. surrexit de loco conui-
uii & abire iam coepit. Secutus
est autem eum petrus. & iam inces-
su pedum cupiens implere quod au-
diuit. sequere me. Secutus est
ille discipulus quem diligebat ih̄s.
Neque enim arceudum se a consecra-
tu xp̄i putabat. quinon minore se
gratia dilectionis. a xp̄o complexū
nouerat. Neque incredibile est
ideo utrumque discipulum corpo-
rali gressu uestigia dñi secutum.
quia nec dum intellexerat quid sig-
nificauerit. in eo quod petrum se
sequi praecepit. Notum autem
nouū uestrae fraternitati. qui sit
ille discipulus quem diligebat ih̄s.
Iohannes uidelicet ipse cuius hodie
natalicia festa celebramus. qui hoc

scripsit euangelium. At que ideo
suam personam maluit indicis re-
rum accedentium. quam proprio
designare uocabulo. Diligebat
autem eum ih̄s. non exceptis ceteris
singulis r̄ter solum. sed prae ceteris
quos diligebat familiarius unum.
quem specialis prae rogatiua castita-
tis. ampliori dilectione fecerat dignū.
Omnes quippe se diligere probat. qui
bus ante passionem loquitur. Si-
cut dilexit me pater. & ego dilexi
uos. Manete in dilectione mea.
Sed hunc prae omnibus diligit. qui
uirgo electus ab ipso. uirgo in aeuū
per mansit. Tradunt namque
historiae. quod eum denuptus. uolen-
tem nubere uocauerit. Et prop-
ter ea quem acarnali uoluptate re-
traxerat. potiore sui amoris dulce-
dine donauit. Denique huic
moriturus in cruce matrem suā com-
mendauit. ut uirginē uirgo serualet.
Et ipso post mortem ac resurreccio-
nem caelos ascendente. non deesse
eius generici filius. cuius casta uita-
castis eius tuere tur obsequis.
Ponit & aliud suae personae beatus
iohannes indicium. sub iungens.
Qui & recubuit in caena super pectus
eius & dixit. Dñe. quis est qui tradite?
Hoc quomodo gestum sit. superiora
huius euangelii loca plenius ostendunt.
Quia uidelicet in caena quam ultimā

70
vite passionem cum discipulis sal-
uator habuit. In qua eorum pedes
lauit. eisque corporis ac sanguinis
sui tradidit mysteria celebranda.
Discipulus ille quem diligebat supra
pectus recubuit. Et cum dixisset
eis. amen amen dico vobis quia unus
ex vobis tradet me. responderit ille
discipulus inuente petro ut inter-
rogaret & diceret. Dñe quis est?
Ait dñs. Ille est inquit. cui ego in-
tinctum panem porrexero. Quod
autem discipulus ille supra pectus
magistri recubuit. Non praesentis
solum modo dilectionis. sed et futuri
erat signum mysterii. Figuraba-
tur. & enim iam tunc euangelium.
quod idem discipulus erat scriptu-
rus. ubertius atque altius ceteris sa-
ctae scripturae paginis. arcana diui-
nae maiestatis esse comprehensu-
rum. Quia enim in pectore ihu
sunt omnes thesauri sapientiae &
scientiae absconditi. merito supra
pectus eius recubuit. quem maiore
ceteris sapientiae & scientiae singu-
laris munere donat. Ceteros
quippe euangelistas. nouimus plu-
ra de miraculis nostri saluatoris. pau-
ciora de diuinitate locutos. Iohan-
nes autem per pauca de humanis
scribens actibus. potius se exponen-
dis diuinae naturae. indidit arcana.
Patienter insinuans. quanta de pec-

toze ihu fluentia doctrinae caeles-
tis. quae nobis ructaret hauserit.
SEQUITUR. Hunc ergo cum audis-
set petrus. dicit ihu. Dñe. hic auidis?
Quia se beatus petrus audierat per
passionem crucis clarificaturum es-
se dñm. uoluit & iam de fratre &
condiscipulo cognoscere. qua esset
ipse morte per petuam transitus
ad uitam. Dicit ei ihu. Sic eum
uolo manere donec ueniam. quid
ad te? Tunc sequere. Non
inquit eum per passionem martyr-
ri uolo consummari. sed absque uio-
lencia per secutoris diem expecta-
re. nouis simum. quando ipse ueni-
ens. eum in aeternae beatitudinis
mansione recipiam. Et quid
hoc ad te? Tu tantum crucis pati-
bulum sub eundum. mea te uesti-
gia sequi debere memento.
Et quidem hanc dñi responsionem.
fratres tunc temporis ita tractabant.
quasi iohannes numquam esset
mortuus. Quod non ita esse
intelligendum. ipse iohannes am-
monere curauit. Qui cum prae-
misisset exisse sermonem istum in-
ter fratres. quia discipulus ille non
moriatur. solletet adiecit atque ait.
Et non dixit ei ihu non moritur. sed
sic eum uolo manere donec ueniam.
quid ad te? Non ergo putandū
quia discipulus ille non sit mortuus.

in carne . quia nec dñs hoc de illo fu-
turum praedixit . Et psalmista ait .
Quis est homo qui uiuit . & non uide-
bit mortem . Sed ita potius in-
tellegendum . quod ceteris xpi
discipulis per passionem consum-
matis . ipse in pace ecclesiae aduen-
tum uocationis expectauerit .
Et hoc est quod ait dñs . sicut uolo
manere donec uenio . Non quia
non et ipse multos antea labores
pro dño pressurasque malorum
tolerauerit . sed quia ultimum in
pace senium finierit . ut pote eccle-
sius xpi per asiam quam regebat
iam longe lateque fundatis . Nā
& in actibus apostolorum cum cete-
ris apostolis flagellatus inuenitur .
quando ibant gaudentes . a conspec-
tu concilii . quō digni habiti sunt
pro nomine ihū contumeliā pati .
Et ad omnitiano caesare inferuentis
olei doleum missus . in ecclesiastica
narratur historia . Ex quo ta-
men diuina se protegente gratia .
tam intactus exierat . quam fuerat
a corruptione concupiscentiae
carnalis extraneus . Nec multo
post ab eodem principe propter in-
superabilem euangelizandi con-
stantiam . in pachmos insulam ex-
ilio religatur . Vbi humanolice
destitit solatio . diuinae tamen
uisionis & allocutionis meruit

crebra consolatione releuari .
Denique ibidem apocalypsin quam
eidñs de statu ecclesiae prae senti
uel futuro reuelauit . manu sua
conseripit . Vnde constat pro-
missionem si manendi donec ue-
niret dñs . non eo pertinere quod
sine labore certaminis uicturus
in mundo . sed illo potius quod si-
ne dolore passionis transitarus
esset emundo . Sicut enim in
patrum litteris inuenimus . cum
longo confectus senio sciret imi-
nere diem recessus sui . conuoca-
tis discipulis suis . post monita ex-
hortationum . ac missarum cele-
brationem ultimū eis uale fecit .
Deinde descendens in desosum
se pulturae suae locum . facta
oratione . appositus ē ad patres suos .
Tam liber a dolore mortis quam a
corruptione carnis inuenitur ali-
enus . At quia completa est
ueridica saluatoris sententia .
quia sic eum uoluerit manere
donec ipse ueniret . Possūmus
autem mystice in his quae petro
& iohanni ad dño praedicta at que
in eis sunt gesta . duas ecclesiae
uitas quibus in prae sentie exer-
tur . actiuam scilicet & contem-
platiuam de signatas accipere .
Quarum actiua communis popu-
lo diuina inuendi est .



...con uno per pauca
 ...morti quique post re
 ...in preparationis ascendunt
 ...studiosum xpi
 ...sistere laboribus
 ...se ipsum ab hoc sa
 ...culam custodire men
 ...linguam ac membra
 ...ab omni iniqua
 ...contine
 ...subiuga
 ...inde etiam
 ...iuxta vires
 ...cibum po
 ...genti uestitum in
 ...uagos q. in do
 ...Infirmum
 ...feliendo. Eripi
 ...demana forcioreus
 ...apientibus
 ...uam uerita
 ...se manet
 ...dilectionis obse
 ...ad morte
 ...Contem
 ...cum longo
 ...exercitio edoc
 ...dulcedine
 ...lacrime
 ...ad iues
 ...negotus uacare
 ...oculum men
 ...dicerit
 ...Gaudi
 ...bonitatis



quod in futura percipitur est
 uita. etiam in praesentibus perit
 ardentius desiderando. praesentibus
 et aliquando etiam quantum
 moribus fas est. in excessu men
 tis speculari sublimiter.

Haec autem uita diuinae speculati
 onis illos maxime recipit. qui
 post longa monasticae rudimenta
 uirtutis secreta ab hominibus de
 gere norunt. **E**t liberiores
 ad caelestia meditando animum
 habentes. quo a terrenis separati
 uolunt. **N**amque actiua
 non solum in coenobio monachis. sed
 & cuncto ut diximus populo di
 gentissime ingredienda proponi
 tur. **E**t quidem utrumque
 apostolum & petrum uidelicet
 & iohannem. quamuis inter homi
 nes positum. pro excellentis cul
 mine gratiae. constat in utraque
 uita fuisse perfectum. **A**t tamen
 una uita per petrum. Alia desig
 nat per iohannem. **I**n eo & e
 nim. quod ait petro dominus. Exten
 des manus tuas & alius te cinget
 & duces quo non uis. Perfectio
 nem exprimit actiuae conuersati
 onis. quae temptationum solet
 igne probari. **V**nde alibi de ea
 dicit apercius. **B**eati qui per
 fectionem patiuntur. propter
 iustitiam. **C**ui recte subiungit

71. Cl. Aug. X.
dicens. Sequere me. Quia ni-
mirum iuxta eiusdem petri uocem.
Xpi passus est pro nobis. relinquens
nobis exemplum. ut sequamur ues-
tigia eius. Quod autem dicit
de iohanne. sic eum uolo manere
donec uenio. statum contemplati-
uae uir tunc insinuat. Quae non
per mortem finienda ut actiua.
sed post mortem est perfectius
dño ueniente complenda. Acti-
uus namque labor cum morte de-
ficit. mercedem post mortem ac-
cepturus acter nam. Quis enī
in illa uita panem esurienti dat.
ubi nemo esurit. Quis aquam siti-
enti ubi nemo sitit. Quis mor-
tuum sepelit. ubi terra uiuentiū est.
Quis cetera misericordiae opera
exercet. ubi nullus miser inuenitur.

Actionis ergo ibi labor nullus. sed so-
lus prae teritae actionis perpetu-
us remanet fructus. Specula-
tiua autem felicitas quae hic incho-
atur. illic sine fine perficitur.

Quando & super nos in ciuium &
ipsius dñi praesentia. non per spe-
culum & in enigmate sicut nunc.
sed facie ad faciem uidebitur.

Vnde recte deca sub typo discipuli
quem diligebat. quem que supra
pectus suum fecit discumbere.

Dicit ih̄s. sic eum uolo manere do-
necc uenio. Ac si aperte dicit.

Nolo gustum spirituali-
tatis quam maxime
diligere sperantibus in pra-
alarum mearum. In ebri-
tate domus meae. sicut
usum actionis loeti con-
re. sed post mortem se
apparente. Ac q̄ in ma-
tum maiestatis illos perdo-
SEQUITUR. Hic est do-
le qui testimonium per-
& scripsit haec. & scimus
est testimonium eius. &
feste beatus iohannes se-
designat ex officio. quon-
re uita ex uocabulo. &
prae ter eunt in uenien-
dicitur. Qui testimonium
de his. & scripsit haec. &
quippe testimonium per-
dicando. perhibuit. ser-
hibuit denuo eadem qua-
docendo. perhibet. & in
gelium quod descripsit
gendum pariendo. S-
atempore dominicae. per-
sur rectionis & ascensionis
usque ad ultima dominicae
tempora. per annos cir-
ta & quinque. absq̄ uil-
am miniculo uerbum pra-
At ubi ad omni uero. qui se-
neronem xp̄ianorum
exatit exilio missus est.

DE MORTUIS

Istus xps peccato mortuus est. Non quia ipse peccauerit neque enim peccatum fecit nec inuentus est dolus in ore eius. cuius est ut nos qui mortui sumus illo moriente peccatis nequam peccato & uitis uiueremus. unde scribitur. Sicut mortui sumus & conuiuemus. Sicut igitur cum mortui sumus tunc illo moriente & conuiximus resurgenti sic & conuiximus cum cisi sumus & post circumcisionem sollempni purgatione mandati unde nequaquam iam digemur in circuncisione carnali. ut scias propter nos illum fuisse circumcisum audi paulum manu in circuncisione praedicantem. In quo habitet omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Et estis in illo repleti qui est caput omnis principatus & potestatis. In quo & circumcisi sumus in circuncisione sine manibus & in reuelatione corporis carnis. In circuncisione xpi. Consepulcristi in quo & conuiximus in fidei operationis di qui & conuiximus in amoris. Et in resurrectione & circumcissione facta sunt.

eius ihu quod uocatum fuerat ab angelo antequam conciperetur.

Vocabulum ihu gloriosum omni ad ornatu cultuque dignissimum nominae super omne nomen. Non deuit primum ab hominibus appellari neque ab eis effertur inmundum sed ab excellentiori quadam maiori que natura. Unde signanter euangelista addidit dicens. Et uocatum est nomen eius ihu quod uocatum fuerat ab angelo antequam conciperetur in utero.

DE IUDICII DIE XXXVI. SERMO BEATI AMBROSII EPISCOPI

CIRCUMCISIO

Circumcisi itaque puer. Quis ille puer nisi ille de quo dictum est. Puer natus est nobis filius datus est nobis. Factus est enim sub lege ut eos qui sub lege essent lucrifaceret. Quid sit autem in hierusalem sisti dno dicerem nisi in esaias commentis ante dixissem. Circumcisi enim uitis dominico dignus iudicabatur optatu quia oculi dno super iustos. Vides omnem legis ueteris seriem fuisse typum futuri. Nam & circumcisio purgationem significat delictorum. Sed quo prona quadam cupiditate peccandi humanae carnis & mentis fragilitas inextricabilibus uitis implicatur. eo per octauum circuncisionis diem. a. l. pae totus futurus

pur gatorum fessatorem...
 gurabatur aetate. Hoc est enim
 illud. Qui a omni masculinum
 adaperiens uuluum. semine dicitur
 cabatur. Verbo enim legis pro
 mittebatur. ut quod par tus &
 uere semine quia immutatus. De
 niq; ipsum esse quilege signetur
 ineodem modo. Ergo repetita
 uerba declarant. Quia quodnas
 ce tur inquit seminecabatur filius
 di. Non enim uirilis coitus uul
 uide uirginalis secreta reserant
 sed immaculatum semen. inuola
 bili utero sps semine in iudic. Solus
 enim per omnia aetatis de semine
 na sem dnt ibi qui ter fenae conta
 gia corruptelae. immaculati par
 tus nouitate non senserit. & ce
 lesti maiestate depulerit. Si
 sicut terram sequamur. quomodo
 sem omnis masculus cum uictos
 sceleratissimos. fuisse non lateat.
 Numquid sem achab. Numquid sem
 pseudo prophetae. quos ad heliae
 preces ul tor caelestis in uirgine
 nis absumit. Sed ille sem per que
 figuram futuri mysterii. pua legis
 diuinae praescripta signabant.
 So quod solus sae ecclesiae uirgi
 nis ad generandos populos di
 maculatae seminecabatur ueritate
 gentale fecerunt. Hoc ergo
 solus pro...

gloria



pho tam priusquam te...
 inuero ueritate & inuoluntate
 scificaret. Qui ergo...
 scificaret alienam ut nas...
 prophetam. Hic est qui ap...
 moent sine uuluum de immacul...

**ITEM VNDE SUPRA
 LIC SCI IUAN SEC LYCAM.**

In hoc tempore...
 et semine dicitur uicium caderetur...
 uocatum est nomen eius ihu. quod dicitur
 est ab angelo priusquam mater...

**OMNIVNERABILIS
 BTD PRI DEHAD LECTIO**

CASO UENGRABO

S que presentis festi memo
 am. paucis quidem uerbe
 paucis quidem
 angelis in pro bono
 sed non penes caelestis imp...

Exposita utraque...
 nica sunt iudaei inuenerunt
 nist...
 Oratio...
 sunt...
 tunc...
 per...
 nist...

Et postquam...
 et omnia...

Landum dñs postolare. **O**sten-
 dit abraham carissimum quidem
 sibi esse filium. Sed multo cario-
 rem filio existere dñm. Nec dulce
 dinem aut affectus pignoris respi-
 ciebat. qui iussionem ut perficeret
 cogitabat. Totos enim affectus con-
 uertit in dñm. cui se iam nouerat
 mancipatum. Deniq; illam fidem
 seruabat in sese cum filium iubere-
 tur offerri. quod dñm promeruerat.
 cum eum mereretur accipere. **A**d
 est isaac patris quidem aetati dis-
 similis. sed fide ac deuotione ae-
 qualis. **A**d est inquam isaac. qui si
 quid pater disponderet. ipse fieri li-
 benter optaret. Ita enim filius pa-
 tris patri. ut pater diuinae. optem-
 perat iussioni. ut de consensu filii
 pater securus existeret. & uoluntati
 patris. sese filius manciparet. **G**ratia
 enim in utrisq; unus animus. par-
 sensus. & similis circa dñm affectus.
 ut generositatem patris. in filium
 transfusam conspiceres. & innocen-
 tiam filii. patri non deesse uideres.
Vts. paternae fidei particeps filius
 & titiss. & simplicitate filii. patris
 sublimitas redundaret. Quae se-
 curitate abraham fretus. sternit
 asinam sibi. ad sacrificium ligna
 concidit. pueros secum adducit.
Cumq; ad ciuitatem uenissent. estote
 istic inquit. ego & puer iste ibimus.

soli. & cum adorauerimus dñm.
 reuestemur ad uos. **S**tatim pater.
 cum filio proficiscitur solus. ad
 quem idem filius. pater inquit.
 ligna uideo. cultum & ignem con-
 spicio. hostiam quam immolatu-
 rus es quaero. **O** sine inquit de-
 sine istud quaerere fili. quod sibi
 ad horam dñs procurabit. desine
 quaerere quod sibi dñs iam prouidit.
Magnam praesagium promittentis.
 magna innocentia inquirentis.
Isaac hostia de hostia patrem interro-
 gat. sacrificii effectus desiderat.
Quis ab eo quaede erat quaeritur.
 ne ipse qui loquitur immoletur.
Ast ubi ad locum uentum est. uterq;
 montem ascendit. aram pater ex-
 truxit. ligna composuit. filium con-
 ligauit. **P**atere me inquit fili. pa-
 tere uotum perficere. patere in-
 quam per te iussionem dñi adim-
 plere. **O** enim quae condidit
 expectat. quid dedit quaerit. quae crea-
 uit. tibi desiderat immolari.
Non est enim hoc parricidium. non est
